# SACRA RITUUM CONGREGATIONE

E.MO AC REV.MO D.NO

Card. ANTONIO VICO

RELATORE

# TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

## Sac. JOANNIS BOSCO

Fundatoris

Piae Societatis Salesianae

necnon

Instituti Filiarum Mariæ Auxiliatricis

## POSITIO

SUPER VIRTUTIBUS

PARS II.

**Informatio, Animadversiones et Responsiones**

# TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

## Sac. IOANNIS BOSCO

Fundatoris

Piae Societatis Salesianae

et Instituti

Filiarum Mariae Auxiliatricis

### INFORMATIO

SUPER DUBIO

*An constet de virtutibus theologalibus fide, spe, charitate in Deum et proximum, necnon de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur?*

*Beatissime Pater,*

1. — Causa Eminentissimis Patribus proponitur viri qui ob innumera beneficia christianae civilique reipublicae comparata tam alta sui vestigia signavit et fama tam insigni claruit ut eius nomen, non modo apud italos sed etiam apud exteras nationes, populi per ora feratur. Quis nostrum ad quem puerum adhuc tanti hominis notitia, saltem familiari illa

sueta appellatione *Don Bosco*, non pervenerit? Profecto res per eum gestae Orbis regionibus definiuntur: in primis Pia illa Societas Salesiana per quam collegia, hospitia, agricolas colonias et festiva Oratoria quam plurima in Italia, in Europa, in toto orbe terrarum is instituit ad pueros a vitiis revocandos et ad christianam educationem iuventuti, maxime pauperi incultae derelictae, impartiendam, et sacras missionariorum expeditiones ad exteras gentes vel barbaras usque ad extremos terrae limites extendit. Huic Operi, quod per se nomen auctoris aeternitati commendaret, accedunt, ut de ceteris sileamus: Societas Virginum quae, sub titulo Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, puellis eadem praestant quae pueris Salesiani; Opus a Deipara et ipsum nuncupatum ad colendos adolescentes in sortem Dei advocandos; Salesianorum Cooperatorum Unio; plurima atque optima volumina ab eo scripta, libri ephemerides atque alia sexcenta eo auctore in lucem edita, quibus catholica dogmata vindicantur et fides ac pietas roborantur; et prope innumera asceteria et valde decora templa eius zelo a fundamentis excitata; aliaque id genus ob quae nomen Ioannis Bosco apud omnes nationes erit usque recens. Quae omnia ipse Fidei Vindex cum secum reputaret, ac insimul consideraret rerum temporumque adiuncta quae difficiliorem tot operum exitum efficiebant, fatebatur, animadversionum exordio in limine Causae, nedum admirationem erga eorum auctorem se persentire, sed illum *verum quasi prodigium* existimare (1).

2. — Tam grandia vero et benefica opera ob quae, miro aetatis necessitatum et opportunitatum intuitu suscepta, et adversus saeculi contrarietatem et obstacula atque hominum contradictiones et persecutiones ab humili sacerdote humanis praesidiis destituto perfecta, omnibus suasum est Ioannem Bosco a Deo missum fuisse ad christianam restaurationem in huma-

(1) Cf. Posit. sup. introd. Caus. Animadv. § 1.



na societate quae a veritate defecerat promovendam; tam grandia, inquimus, et benefica opera, nonnisi apostolico zelo quo eorum auctor aestuabat, et praeternaturali quo ille agebatur spiritui sunt tribuenda; nonnisi egregiis virtutibus, et maxime firmissimae fidei, invictae spei, ardentissimae charitati, plane coelesti prudentiae et pari fortitudini sunt referenda. Nil mirum igitur si, una cum nominis gloria, tam fulgida et universalis fama sanctitatis virum nostrum viventem adhuc circumdedit, ut illi advenienti nostrarum civitatum exterarumque gentium turbae occurrerent, provolutis genibus illum implorarent ut ipsis benediceret, res quae ad eum pertinerent quaererent et religionis ergo servarent, eumdem exoptarent apud Omnipotentem in morbis et angustiis quibus angerentur intercessorem, uno verbo venerationis et honoris signis exciperent quibus homines sancta vita praeclari excipi solent. Quocumque nomen Ioannis Bosco fama pertulit, omnigenum quoque virtutum quibus erat ornatus et coelestium charismatum quibus Deus eum ditaverat, rumorem pertulit. Servi Dei gesta Orbem theatrum habuere; eiusdem fama nonnisi Orbis limina cognovit. Nec rusticani et populares dumtaxat homines aut imperitus popellus, sed viri doctrina et prudentia, genere et dignitate, insignes, tum ecclesiastici tum laici, opinionem participarunt de sanctitate Servi Dei qui suarum laudum praecones ipsos Summos Pontifices, Pium IX et Leonem XIII, habuit. Fervens hinc, eo vita functo, etiam ob miracula quae obitum sunt subsecuta, desiderium omnium animis incessit, ut Ioannes Bosco in sanctorum catalogo, coelestibus decretis religionibus, inscriberetur; quo factum est ut, excelsis etiam instantibus viris, vix tertio ab eius transitus anno de beatificationis et canonizationis Causa apud Sacrorum Rituum Congregationem suscipienda agi coeptum sit. Ordinarius itaque processus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in Curia Taurinensi adornatus fuit, quo rite perpenso, sa: me: Pius Papa X, Sacri Huius Or-

dinis sententiae benigne annuens, Commissionem introductionis Causae die 24 mensis iulii anno 1907 signavit.

3. — Apostolica autem inquisitione super virtutibus in specie confecta, et a sa :me : Benedicto Papa XV S. H. O. sententia de actorum validitate die 9 mensis iunii anno 1920 confirmata, quaestionem de heroicitate virtutum Ven. Ioannis Bosco nunc aggredimur. Quam ad rem singulas tum theologales tum cardinales virtutes, iuxta S. H. O. stylum perpendemus; ad faciliorem vero universae quaestionis intellectum, breve quoddam syntagma praeponemus de vita Ven. Dei Famuli deque rebus per eum gestis.

## VITAE SYNOPSIS.

4. — Ven. Ioannes Bosco ortus est Murialdi, qui vicus est Castri Novi in Astensibus, die 16 mensis Augusti anno 1815. Parentes habuit, humili loco et fortuna, ingenuis moribus Aloysium Bosco et Margaretam Occhiena (1). Trimulus patre orbatus, primos aetatis annos ad decimum usque in paterna domo, agrestibus operibus addictus, sub una matris tutela exegit. Quae, suavissima moribus et rebus sacris addicta, filiolum ad morum simplicitatem et religionem informavit et voluit prima aetate divino tum confessionis tum sacrae synaxis subsidio munitum (2).

5. — Piae matris disciplina Ven. Dei Famulus a teneris, uti aiunt, unguiculis eximia pietate et morum castimonia elucere coepit; nec minus pro aetate singulare erat in eo desiderium animi ad studia applicandi. Verum studiorum initia, ob rei familiaris caritatem, asperrima Ven. Dei Famulo fuerunt. Suavis genitricis filii votum obsecundantis precibus, Ioannes a quodam sacerdote, cognomine Bevilacqua,

(1) Summ. pag. 35 § 1-3.
(2) Summ. pag. 38 § 8-9.



primis literarum rudimentis gratuito eruditus est, donec R. D. Calosso, curio minor viculi Murialdi, tenacem propositi puerum admiratus, suam operam in literis ultro offerens, eum in suam domum recepit. Sed paullo post repentinus morbus hospitem et magistrum corripuit qui, morti cum esset proximus, clavem scrinii Ioanni tradidit, eique nutibus significavit pecuniam se ibi servasse qua discipulus studia prosequeretur. Ioannes vero demortui propinquis, quin scrinium aperiret, clavem restituit, eisdemque hortantibus ut pecuniae dimidiam saltem acciperet partem, recusavit, aiens coelum se universis terrae divitiis praeferre (1).

6. — Ad paternam domum reversus, Ioannes in vicum Moncucco missus est, ubi familiae Moglia operam suam in agris colendis locavit, studium vero quin omnino intermitteret, ei quidquam temporis superesset dabat, et saepe, pascentibus circum armentis, vigil pastor legens deprehendebatur (2). Biennio post, ut filii desiderio studia repetendi satisfaceret, mater Ioannem ad se arcessivit, eumque Castrum Novum quotidie mittebat decem millia passuum dissitum, ubi, dum a R. D. Ioanne Cinzano loci parocho latini sermonis primordiis erudiebatur, simul municipales scholas diligenter frequentabat (3). Demum Cherium translatus, acre ingenium et facilem memoriam mira assiduitate multiplicans, celeri cursu omnes et singulas gymnasii classes absolvit (4).

7. — Tantus discendi ardor et in studiis perseverantia, divinum quidem non humanum finem habebat : nam Ven. Dei Famulus hoc unum ab adolescentia spectavit, ut sacerdotio auctus vitam in Dei gloriam impenderet ac in proximi sui bonum, praesertim vero iuventutis. Iam a decimo aetatis anno fu-

(1) Summ. pag. 98-100 § 245-254.
(2) Summ. pag. 100 § 256.
(3) Summ. pag. 102 § 267.
(4) Summ. pag. 104 § 276.

turum suum pro puerulis derelictis et iuvenibus apostolatum in somnis viderat et coaevo suo ipsique curioni minori Murialdi praenuntiaverat (1). Cui sciscitanti cur tanto desiderio teneretur studendi respondit Ioannes se studiis operam dare ut in sacerdotalem ordinem adscriptus tot pueros adiret et religione instrueret qui pravo animo non sunt sed depravantur cum non sit qui de eis curam gerat (2). Et iam ex tunc apostolatum aequales inter, tum sui exemplo, tum de illorum animis trepida et actuosa sollicitudine inceperat.

8. — Exemplo quidem; matris enim curis et documentis filiolus mirum in modum responderat, ita ut a prima aetate egregiis virtutibus fulgeret, quas inter orationis et mortificationis spiritus atque animi sinceritas eminebant. Id in eo erat orationis studium ut quondam a familia Moglia in medio prato, submissis genibus, solibus expositus orans deprehensus fuerit (3). Quod spectat ad spiritum mortificationis accepimus Ioannem adolescentem per triennium panem suum candidum pane secundario aequalis sui permutasse (4). Denique quoad animi sinceritatem traditur Ioannes, cum octavum aetatis annum ageret, vasculum olearium rupisse; mater aberat, facile hinc rem occultare poterat; ille vero advenienti matri fit obvius, baculum quo caedatur intendit, peccatum prodit; quod mater admirata, filiolum admonitum tantum voluit (5). Nec est praetereunda constantia qua a malis suasoribus virtutem suam custodivit: qui quidem ei, praesertim Cherii, non defuerunt; quorum alii in alios locos, schola omissa, otiandi gratia eum ducere studebant, alii inhonestas actiones suadere conabantur, scilicet fructus in agris et hortis vel quid

(1) Summ. pag. 55-57 § 63.
(2) Summ. pag. 59 § 71.
(3) Summ. pag. 100-101 § 258.
(4) Summ. introd. Caus. pag. 60 § 130.
(5) Summ. introd. Caus. pag. 60 § 127.



pretiosi hospiti suo suffurari; a quibus pravis instigationibus forti animo Ioannes, Deum tantum quaerens et quae Dei essent, semper se subduxit (1).

9. — Subeunt documenta mirae Ioannis a pueritia et adolescentia sollicitudinis de aeterna aequalium suorum salute. Nihil ei erat optatius quam eos a malo deterrere atque ad integritatem revocare. Lites eorum dirimebat, pacem et concordiam inter eos fovebat, et diebus festis pueris viciniae congregatis librum lectitabat vel quae in templo acceperat exempla repetebat et, iucunda religiosis miscens, ludis, quos a circulatoribus hominibus qui nundinis intersunt didicerat eo consilio ut eosdem coram aequaevis iteraret quo eos sibi facilius alliceret, preces et christianae doctrinae institutionem interserebat (2). Postquam autem Cherium se transtulit suam erga pueros industriam, quin studiorum causa minueret, auxit: quantum enim temporis studio supererat, tantum in Sodalium utilitatem conferebat, quos honestis retinebat ludis et ad christianam vitam ingeniosis artibus informabat. Diebus festis, pueros hinc inde in urbe collectos ad maximum templum ad catechismi scholam ducebat (3); utque bonos in virtute firmaret malosque ad bonam frugem reduceret eos in coetum quem a laetitia nuncupaverat statis diebus et horis congregabat pro exercitationibus aetati congruis (4). Cum autem adolescentem, religione iudaeum, amicitia sibi obstrinxisset, tam scite christiana sapientia eum enutrivit, ut ille, posthabitis querimoniis e minis matris suae, christianae religioni nomen dederit (5).

10. — Qua vitae ratione Ioannes egregie se paravit ad illum superiorem statum in quem cogitationem suam continuo anceps et anxius conferebat.

(1) Summ. pag. 61 § 74.
(2) Summ. pag. 53, 54 § 53-56; pag. 57 § 64; pag. 94 § 230.
(3) Summ. pag. 81 § 176.
(4) Summ. pag. 105,106 § 281, 282.
(5) Summ. pag. 109 § 298.

Dum enim in proposito sacerdotium ineundi, uti iam inde a pueritia statuerat, confirmatur, haeret saecularem ne an regularem conditionem deligat. Sed opportunum ipsi advenit Venerabilis Iosephi Cafasso auxilium, cuius consilia et exempla ex tunc sequi coepit, et cuius opera, cum pertenues sibi opes essent, vertente anno 1834, aetatis suae vigesimo, clericali habitu in parochiali ecclesia Castri Novi antea indutus, Seminarium Cherii ingressus est, ubi philosophiae et dogmaticae theologiae operam dedit (1).

11. — Dum sacrarum disciplinarum studio ad sacerdotium se parat, Ioannes totus est in hoc ut, praeter mentem scientia, animum illis virtutibus exornet, ob quas sacerdos dignitate et ministerio suo dignus efficitur. Istud profecto prae oculis cum haberet, querebatur quod semel modo in hebdomada, ex Seminarii regulis, sacra de altari libare permitteretur; saepius quidem Christi corpore recreari divinaque gratia in diuturno ad summam virtutem itinere confirmari flagrabat; cui sancto alumni desiderio superiores satisfacere non dubitarunt, singulisque data est facultas saepius in hebdomada sacrum Christi corpus sumendi (2). Recolunt autem Ioannis Bosco contubernales egregiam condiscipuli sui pietatem eumdemque effingunt Cheriensibus adolescentibus circumdatum qui in Seminarium itabant ut illum viderent tum religionis tum studii gratia, vel feriis autumnalibus Castrum Novum ad suos pueros, quos primis literis erudiret, advolantem (3).

12. — Adeo constantem animum studio addidit ut praemium quod optimo ex cuiusvis classis alumnis sexto quoque mense dabatur semper referret, et a quarta theologiae classe, cuius disciplinas feriarum tempore absolvit, eximeretur. Temporis vel fragmen-

(1) Summ. pag. 45, 46 § 27-32.
(2) Summ. pag. 62 § 78.
(3) Summ. pag. 47 § 33; pag. 87 § 197.



ta ut daret studio captabat, quare, praeter theologiam, graecam hebraicam et gallicam linguas et ecclesiasticam historiam didicit, aliisque opportunis disciplinis se instruxit (1). Denique, sacris ordinibus rite susceptis, die 5 iunii anno 1841, aetatis suae quinto et vigesimo, Ven. Dei Famulus ad sacerdotalem dignitatem fecit gradum (2).

13. — Officiis quae sibi offerebantur, iisdemque satis lucrosis, recusatis, in collegium ecclesiasticum S. Francisci Assisiatis, ingressus est, ubi triennium theologiae morali operam daret (3). Id ei suaserat Ven. Ioseph Cafasso, quo duce Ioannes Bosco in usu habere coepit quod animo, Dei et hominum amore flagrante, sentiebat: sacerdotale nempe ministerium charitatis ministerium maxime esse, et non ad sacerdotis commodum, verum ad animarum bonum et salutem esse constitutum. Captivos qui carceribus truderentur Ven. Cafasso solebat visitare tum solandi tum religionem docendi gratia; et Ioannes Bosco se illi comitem laetissimus addidit, quicum publica quoque nosocomia lustrabat (4). Captivos inter pueri nonnulli erant, quorum fortunam maxime miserebatur, et cogitabat quomodo eos ad rectum tramitem revocaret, et tot adolescentulorum corruptionem praepediret (5).

14. — Primo theologiae moralis cursu absoluto, feriis autumnalibus domum reversus, Castrum Novum vocatus est ut adiutoris parochi munere fungeretur. Novus illi apostolicae sollicitudinis patuit campus, in quo tum rerum divinarum zeli tum charitatis in proximum insignia praebuit exempla. Nam coepit divinum verbum die quoque dominico praedicare, sacramenta administrare, aegrotos visitare, ce-

(1) Summ. pag. 88 § 199-202; Summ. introd. Caus. pag. 102-108.
(2) Summ. pag. 47, 48 § 34, 35.
(3) Summ. pag. 120 § 1-4.
(4) Summ. pag. 121 § 7.
(5) Summ. pag. 263, 264 § 603, 604.

teraque ministerii sacerdotalis munera absolvere. At puerorum cura prae aliis maxime illi cordi erat quos tanta benignitate alloquebatur ut cum per vias transiret eorum turbam comitem semper haberet (1).

15. — Altero theologiae moralis cursu exacto, plenam obtinuit confessiones excipiendi facultatem quam antea modo intra fines paroeciae Castri Novi habuerat. Ubi cognoscendis expiandisque conscientiis sese applicuit, confluxit ad eum poenitentium multitudo quos tum integrae vitae fama tum charitas eximia trahebat. Nam humanis et festivis, qua affabilitate erat, sermonibus, singulisque accomodatis, omnes sibi alliciebat: agricolam de re agraria, militem de re militari percontabatur, omnes ad sua aperienda peccata ita adducebat. Affirmari potest confessionis munus praecipuam iamtum fuisse apostolatus Ven. Dei Famuli partem; quidquid ageret, quidquid loqueretur, animarum salutem et admissionem peccatorum spectabat. Confessiones excipiendi intuitu, scilicet ut germanorum militum qui tunc temporis Augustae Taurinorum aderant conscientias cognosceret, teutonico idiomati aliquantisper vacavit (2).

16. — Praestantissimam nunc Ven. Dei Famuli vitae aggredimur partem, qua ipse ad pueros informandos, tum ex sui animi sententia tum ex divino instinctu, totum se contulit. Hoc rei initium. Eodem anno ac sacerdotio initiatus fuerat, quo die Augustae Matris omni labe immunis celebratur festum, summo mane, cum Ioannes Bosco in eo esset ut sacrum faceret, puer sacrarium ingressus est, quem cum vidisset aedituus sacro illum ministrare volebat. Pueri responsum, ritum se nescire, ira aedituum, asperum hominem, incendit qui, baculo manu arrepto, misellum acerbis verbis expulit. Rem indignatus, Ven. Dei Famulus aedituum graviter corripuit et puerum revocari iussit. Quem ubi adspexit, ne iam timere vellet hortatus est monuitque ut ipsum, donec sacro operaretur, in templo expectaret. Quod cum absolvisset, puerum sciscitatus est de nomine, patria, parentibus, an ecclesiam et sacramenta frequentaret, an cuperet christiana catechesi edoceri. Cumque puer huiusmodi desiderium significasset, illico lectionem incepit; eum autem dimittens, monuit ut proximo dominico die rediret, aliosque sibi aequales comites adderet. Vespere eiusdem diei, domum cum repeteret, puerum prope Ecclesiam S. Francisci Assisiatis sedentem invenit: eadem interrogatoria, eadem responsa, eadem hortatio. Redierunt quidem pueri die dominico sequenti, multosque alios secum duxerunt. Hoc fuit Oratoriorum initium quae Ven. Ioannes Bosco diebus festis pueris aperuit (1).

(1) Summ. introd. Caus. pag. 99 § 96-99.
(2) Summ. introd. Caus. pag. 106 § 123, 126, 127; pag. 121, 122 § 182-186.



17. — Triennio pueros, qui numero centum circiter erant, in Ecclesiam S. Francisci congregavit; postea, cum in magistrum pietatis electus esset Receptus quem puellis periclitantibus tutandis marchionissa Barolo, in Pedemonte ob insignia charitatis opera mulier praeclara, instituerat, Oratorium, Archiepiscopi consensu, illuc transtulit. Duo contubernia in sacellum conversa sunt; Oratorium Sancto Francisco Salesio inscriptum; huius enim tum in pueris informandis lenitatem et mansuetudinem, tum in haereticis erroribus, qui tunc temporis Pedemontem et Augustam Taurinorum grassaturi erant, refutandis fortitudinem imitari Ven. Dei Famulus in animo habebat (2). Septimum post mensem vero quam Oratorium in Receptum transtulerat, cum marchionissae Barolo opus esset conclavibus in quibus conventus puerorum habebantur, Ven. Bosco, Archiepiscopi auxilio, a municipali magistratu Ecclesiam S. Martini, vulgo *dei Molassi*, usu habuit. Illic, paullo

(1) Summ. pag. 155, 156 § 129; et alibi.
(2) Summ. pag. 156, 157 § 130, 133.

post, ob vicinorum querelas, quibus puerorum clamores taedio erant, in Cenotaphium S. Petri in Vinculis migrare coactus est: illuc pueros congregabat; sacrum vero ut audirent ecclesias, etiam extra moenia, adibant. Mense vero Novembri, haud sane ad deambulandum tempestivo tempore, tria angusta contubernia domus Moretta conduxit (1).

18. — Molestae quidem difficultates; laeviores tamen prae ut futurum est. Nam, ob rei novitatem et initii vicissitudines, diversi in Ven. Dei Famulum rumores surgunt, quem alii mente captum, seditiosum alii vocitant, nec desunt — risum teneatis? — qui haereseos crimine eum insimulent. Accedunt parochorum querimoniae, Oratorium infestis oculis aspicientium, quod pueros a paroeciis arceat. Illi a Ven. Dei Famulo petunt ut pueros in suam cuiusque paroeciam ad catechesim mittat. Respondit Ioannes omnia se ac semper Archiepiscopo approbante agisse; alumnos Oratorii esse plerosque alienigenas, pluries in anno domicilium mutare; suam quemque paroeciam adire coactum, neque huc neque alio ituros, catechesim sacrasque supplicationes deserturos; plures autem, quos ludi ad Oratorium trahunt, paroeciam procul salutaturos. Quae quidem argumenta parochis non modo suadent, sed eorum oppositionem in favorem convertunt. Inter haec domus Moretta inquilini, quibus puerorum clamores fastidio erant, domino indixerant ut Ioannem dimitteret, secus locationem se renuntiaturos. Cesserat dominus minis, et Ioannes, domum deserere coactus, pratum conduxerat, quo sub dio iuvenes congregabat (2).

19. — Rebus cum parochis compositis, graviores ex civili magistratu subeunt difficultates, cui suspicionem iniiciunt hi puerorum ex infimo popello conventus. Quam ob rem Vicarius urbis Ioannem arcessit, eidemque suadere studet ut pueros dimittat; il-

(1) Summ. pag. 157-158 § 134-137.
(2) Summ. pag. 158 § 138-140.



lorum conventus publicae quieti periculo esse affirmat, lege omnigenos conventus interdici monet, Ioanni carcere minitatur. Obstupet iste et negat politicum finem Oratorii conventus habere; affirmat nil aliud se quaerere quam ut natorum populo conditionem meliorem efficiat, et praefractorum iuvenum qui carceribus crescunt numerum imminuat; opponit Vicarii suspicionibus Archiepiscopi assensum cuius praeceptis obedientem se esse et fore semper protestatur; Vicario denique tot puerorum sortem commendat (1).

20. — Domum reverso Ven. Dei Famulo novae anxietates adduntur, nam domini prati, nuperrimi Oratorii refugii, per litteram locationem indicunt, detrimentum adducentes quod pueri, herbam pedibus proterendo, prato inferunt (2). Item marchionissa Barolo, quae haud amicis oculis Oratorii Opus et ipsa videt, Ioanni Oratorium Receptumve ut optet indicit, si pueros deserat stipendium illi se aucturam pollicetur, obstinato stultis inceptis ullum unquam subsidium laturam se negat. Respondit Ioannes Receptui sacerdotes nunquam defuturos, Oratorium vero, tot tempestatibus actum, si ipse deserat, dissolutum iri; populo natis totum se dedisse, Divinam Providentiam Oratorio adfuisse semper semperque adfuturam. Marchionissae vero haec argumenta minime suadent, et Ioannes in tres menses e Receptu dimittitur (3).

21. — Tot difficultatibus deterriti Ioannis amici ei suadere student ut desistat incepto: ille vero, cui difficultates animum inferre videntur, tranquillo eloquio de Oratorio dilatando disserit, novam ampliorem que sedem porticibus ornatam ac templo describit. Quam ob rem illum mente captum esse rumor crescit, de die in diem spargitur, et penes ipsos

(1) Summ. pag. 159, 160 § 141; pag. 239, 240 § 492-493.
(2) Summ. pag. 159, 160 § 141, 143; et alibi.
(3) Summ. pag. 161 § 147.

Ioannis sodales fidem sibi adiungit quorum pectora gravis de amici carissimi misera sorte tristitia cruciat. Res eo pervenit ut marchionissa Barolo preces in suo Receptu indicat pro Ioannis Bosco salute, et sodales de illo in dementium hospitio includendo disserant et agant (1).

22. — Sed non minori celeritate quam cerebra res procedunt. Iam dies est prato abeundi; et quo pueros recipiat Ven. Dei Famulus scit nondum. Omni vero mortali spe deiectus, cunctisque humanis adiutoribus inclusus, ac in Deo confisus uno, iuvenes in pagum agri taurinensis ad aedem vulgo *Madonna di Campagna* ducit, Deiparae auxilium, his rerum in angustiis, imploratum. Vespere Augustam Taurinorum cum suis reversus, dum pueri herbam prati postremum, quin ullam in agri dominorum anxietates cogitationem conferant, ludis indulgentes proterunt, ille flexo ad moestitiam ore prope a prato spatiatur, quum quidam, nomine Pancratius Soave, obvius fit et monet domum haud longe, in vico vulgo Valdocco sitam, esse locandam. Illuc Ioannes advolat, aedificium visitat et, nonnullis mutationibus pactis, contractum facit. Portus demum errantibus patet, sed qui portus! non domum, speluncam diceres. Statim vero, operam quoque suam conferente, unius hebdomadae spatio, spelunca in decens vertitur aedificium, ac die dominico sequenti, 14 mensis aprilis anno 1846, Ven. Dei Famulus aediculam solemni ritu lustrat, et Supremo Numini in Divi Salesii honorem dicat, multo populi concursu, quos inter ipse urbis magister (2).

23. — Secundiores res eius inceptis ex illo die vertere visae sunt; plures, qui eum deseruerant, sacerdotes reversi; magis Oratorio iuvenes assidui. Ipse urbis vicarius, quippe qui resciverat Carolum Albertum regem in fidem suam et tutelam Orato-

(1) Summ. pag. 162 § 148, 149.
(2) Summ. pag. 162, 163 § 150; et alibi.



rium recepisse, eidemque in desiderio esse eiusmodi instituta in omnibus regni sui provinciis multiplicari, studebat quomodo suam erga Ven. Dei Famulum eiusque opera agendi rationem eleganter mutaret (1). Novum vero et maius periculum Oratorio imminuit ex morbo quo Ioannes, qui tot inter labores et angustias firmissimo semper fuerat animo, corpore tamen fractus, correptus est, tam gravi ut dierum octo spatio ad extremum adduceretur. Puerorum Oratorii preces, Deo acceptissimae, obtinuerunt ut haud ita multo post meliusculus esset, et tandem valetudinem integram ex insperato reciperet (2). Morbus tamen praetextus fuit illis qui Ven. Dei Famulo aversabantur novas in Oratorium struendi insidias. Etenim compertum cum haberent istud, capite orbatum, iri dissolutum, per speciem Venerabilis curandae salutis, archiepiscopo suadere conati sunt, ut illum ab Oratorio removeret; tanta vero calliditate egerunt, ut ipse Ven. Cafasso, his circumductus artibus, ipsum admoneret, ut Oratorium alienis curis traderet. Sed in quem apertae nequiter expediverant, nil et occultae valuerunt insidiae; Ven. Dei Famulus de novissimis quoque obstaculis triumphavit et, recuperata valetudine, ad Oratorium rediit, et secum matrem suam duxit apostolicas cum filio curas divisuram, quae in casula prope Oratorium conducta domicilium habuit (3).

24. — Oratorio restitutus et ad curas intermissas relatus, pro animi sui sollicitudine de iuventutis salute, angebatur tot adolescentibus qui ab Oratorio et a quavis ecclesia procul diem festum otiosum traducerent. Manifesta nunc cum esset omnibus Oratorii utilitas, de aliis in urbe huiusmodi aperiendis institutis cogitavit. Itaque in adversa urbis parte Oratorium instituit quod divo Gonzagae inscripsit: Ora-

(1) Summ. pag. 163, 164 § 152-155.
(2) Summ. pag. 207 § 355.
(3) Summ. pag. 245 § 518-520.

torii autem in regione Vanchiglia tenuem vitam agentis procurationem assumpsit, illudque Tutelari Angelo dicavit. Regiones ubi haec Oratoria instituta fuerant, ex miserrimis erant urbis, omnibus neglectae. Utrumque statim plurimi iuvenes stiparunt, ita ut usque ab initio super quingentos suis quodque in conventibus adnumeraret (1).

25. — Postquam animarum saluti prospexerat, ad temporalia etiam bona adolescentulis comparanda Ven. Dei Famulus animum vertit. Huiusce aetatis nostrae ingenium praenoscens, ad culturam versum, quae et in popularibus merito requiritur, scholas iam inde ab Oratorii initio aperuit, iis praesertim qui artem aliquam exercerent; sic populum praeoccupavit, quem sapientiae cupiditas insidiis inreligiosorum hominum obiiciebat. Quoniam diurno tempore pueri in officinis versabantur, ipse vespere et sub noctem, cum a negotiis cederent, eos ad illam culturam informabat, quae ad artifices adprime pertinet. Primus in italis — notatu dignum est — Ven. Dei Famulus scholas instituit quae *serali* apud nos vulgo adpellantur; nocturnis autem dominicales scholas adiecit. Cumque erudiendis affluentibus discipulis ipse haud esset par, quosdam iuvenes scientia instruere coepit, eo quidem pacto ut catechesim in Oratorio docerent atque in scholis munus praeceptoris obirent. His postea quorumdam optimatum subsidium adiectum est (2).

26. — Dum in iis curis versabatur, easdem inanem fere operam esse animadverterat multis qui panis, vestitus, tecti expertes, miseriae ac aerumnae seductionibus quotidie obiicerentur. His animo cogitationibus agitatus quodam die, sub vesperum, plateam transibat quae nominatur *Porta Palazzo,* cum in quosdam incidit adolescentulos quibus noverat nullum quo confugerent tectum esse. Subito animi

(1) Summ. pag. 246 § 525; et alibi.
(2) Summ. pag. 164 § 157; et alibi.



instinctui cedens eos domum suam in hospitium invitavit. Conditionem illi lubentissimo animo acceperunt, at ubi posterus dies illuxit, insalutato hospite, tacite sese subripuerunt, stragula, bene actae noctis in memoriam, secum auferentes. Sed ille vir non erat quem huiusmodi casus ab incepto deterrerent. Non multum temporis fluxit et iam adolescentulus qui imbre madidus et fame esuriens pulsaverat fores Servi Dei, sub istius tectum excipiebatur, et paucis post diebus alter matre orbatus et domo expulsus. Humillima haec fuerunt initia Hospitii quod Oratorium S. Francisci Salesii vulgo adpellatur, originem nomine indicantè. His alii adolescentuli sunt adiecti qui quatuor post annis triginta numero erant. Casula paullatim, pro receptorum multitudine de die in diem affluentium, in ampliorem domum conversa est, ita ut adolescentulos quadringentos anno 1860, octingentos anno 1870 haberet hospitio (1).

27. — Iuvenes in hospitio receptos Ven. Dei Famulo curae erat apud magistros urbanos officinatores collocare ut mansuetiores artes exercerent; officinas autem saepe adibat ut a magistris quaereret quae esset iuvenum in illis ratio et quem ex sua quisque arte faceret profectum. Perspexit itaque mores deteriores increbrescentes, maledicta et impietatem ex viis officinas, integrorum licet artificum, pervasisse; quam ob rem, ut iuvenes a malorum insidiis pravisque exemplis defenderet, de internis aperiendis officinis cogitare coepit. Cogitatu quidem quam re facilius cui tenues opes primis prospiciendis necessitatibus vix erant satis. Omnia vero vicit charitas; et anno 1855 Ven. Ioannes Bosco sutrinam in hospitio aperuit; quam subsecutae sunt officinae structorum librariorum, sarcinatorum, fabrorum lignariorum, aliaeque, et postremo officina libraria. Rerum necessitate coactus, initio suorum magister erat iis artibus quas iuvenis exercuerat. Officinis institutis, leges

(1) Summ. pag. 164, 165 § 158, 159; et alibi.

condidit, ad quarum normam illae, sui quaeque magistri imperio, componerentur (1).

28. — Alumnis de die in diem affluentibus, Ven. Dei Famulus eo res progressuras secum reputabat, ut hospitio dirigendo ipse unus non esset par; quam ob rem dum rudiores artibus exercebat, si quos acriori ingenio invenisset et virtute, ad studio literarum ea lege impellebat ut aliquando sibi essent operis socii, quorum et ipse magister erat. At ex quatuor qui periculum fecerant ut clericalem vestem induerent, duo ob imbecillam valetudinem studia intermittere coacti sunt, reliqui posterius Oratorium deseruerunt. Quin vero animum abiiceret, alios delegit iuvenes, quatuor et ipsos numero, quos studiis destinavit. Ex his unus eius lateri semper adhaesit, Michael Rua, qui dignissimus successor summam Societatis Salesianae procurationem, post Fundatoris mortem, habuit. Posterius cum multis esset distentus negotiis, aliena opera in iuvenibus literis instituendis usus est (2).

29. — E re hic esset aliquid de methodo educandi qua Ven. Dei Famulus utebatur innuere; ne tamen ea quae de prudentia erunt dicenda praeveniamus, satis sit memorare nova cum veteribus sapientissime Ven. Dei Famulum contemperasse. Hinc dum ex una parte studium pietatis et laboris in iuvenum animis infundere supremae est illi curae, ex altera, rerum novarum sagax aestimator, novam educandi methodum inducit quae assidua vigilantia ac opportunis rationibus malefactis impediendis intendit, quamque ipse methodi praevenientis nomine donavit (3). Notatu quoque dignum est tum systema metricum decumanum tum gymnastica exercitia inducta fuisse in scholas Italiae subalpinae per Ioannem Bosco, qui

(1) Summ. pag. 247, 248 § 528-530.
(2) Summ. pag. 211 § 378-380.
(3) Summ. pag. 209 § 370.



primus quoque musice liberalem iuvenum institutionem exornavit (1).

30. — Iuvenum christiana informatio diurna erat nocturnaque Ven. Dei Famuli sollicitudo; siquidem maximam noctis partem insumebat in libris componendis, qui, eorum ingenio ac temporum necessitatibus accomodati, illos erudirent quin ullum animis periculum impenderet. His in vigiliis epitome historiae Novi ac Veteris Testamenti, necnon alterum historiae ecclesiasticae composuit, primus autem in Italia commentariolum exaravit de recentiore numerorum scientia cum vetere comparata. Hunc subsecutus est liber omnium celeberrimus qui inscribitur *Il Giovane Provveduto*, qui in omnes Italiae provincias invectus, gallice hispanice conversus, plurimum ad iuvenes in pietate formandos tulit (2).

31. — Inter haec Ven. Dei Famuli operositas fines Oratorii transvexerat, et ipsius Dioeceseos necessitates spectabat. Difficillima illa erant clero et ecclesiasticis institutis tempora. Antistes in exilium missus; sacrorum alumni e seminario expuncti, seminaria magistratuum iussu clausa; quanto autem religionis periculo latet neminem. Plures enim, qui sacerdotium optarent, ab ordinibus deterrebantur; sacerdotes hinc qui parochialibus ceterisque muniis fungerentur, deerant. Ven. Dei Famulus, qui in suis iuvenibus sacris ordinibus initiandis hac etiam lege ductus fuerat, ut dioecesi sacerdotes, praeter socios sibi, compararet, lubentissimo animo plures sacrorum alumnos e seminario expunctos, tamquam in portum naufragos, in domum suam recepit (3).

32. — Ven. Dei Famulo qui tria iam instituerat Oratoria, et hospitium aperuerat quod plures de die in diem excipiebat alumnos, opus erat sociis qui ipsi in operibus dirigendis ac ministrandis essent auxilio.

(1) Summ. pag. 169, 170 § 180-183.
(2) Summ. pag. 196 § 290, 291; et alibi.
(3) Summ. pag. 248 § 531.

Illos sane, tum ex clericis tum ex laicis, qui ultro sese offerebant ad hunc finem, vel officia vel negotia, quibus quisque teneretur, a nobilissimo labore, invitos quidem, paullatim abducebant. Praeterea, vel ab inito apostolatu, hoc sibi in mente Ven. Dei Famulus posuerat, ne omnia obitu suo ad irritum caderent. Rem cum prudentissimis viris, quos inter Ven. Cafasso, crebro perpendit, et in consilium venit religiosae societatis ineundae ex quibus operarios abundanti quaereret messi (1).

33. — Ex illis qui eum monuerant ne quod ipse, divino auxilio unice suffultus, audaciore nisu haud ita facile obtinuerat pessum iret, vir fuit quem nonnisi summa admiratione inter eius patronos comperimus: ille nempe Urbanus Rattazzi qui religiosorum ordinum in Italia eversionem legibus obtinuerat, et qui tamen Ioanni Bosco, non modo novae religiosae societatis ineundae consilium dedit, sed etiam formam qua, in novo rerum publicarum ordine in Pedemonte instaurato, societatem institueret hodiernis legibus accomodatam. Consilium erat novae societatis instituendae hac lege ut eius sodales publice civium omnibus iuribus uterentur, conscientia vero vinculis religionis adstringerentur. Urbani Rattazzi cogitatum omnem haesitationem ex animo Ven. Bosco abegit, qui ex tunc versus est in societate, quam in illis quos supra innuimus discipulis adumbraverat, efformanda, perficienda, evolvenda (2).

34. — Statuta itaque ea lege condidit regulas exaravit, deque iis Romani Pontificis confirmationi subiiciendis agere coepit. Annus erat 1858 cum Romam proficisci statuit, et ad gubernacula rerum Ecclesiae sedebat Pius IX. Huius ad aures Ioannis Bosco nomen et operum rumor pervenerat; quare summa humanitate eum excepit, novae societatis nova forma condendae propositum probavit, utque inceptum

---

(1) Summ. pag. 213 § 387-391.

(2) Summ. pag. 253 § 551; Summ. introd. Caus. pag. 300, 301 § 329, 330.



forti animo prosequeretur hortatus est. Augustam Taurinorum Ven. Dei Famulo reverso, die 18 mensis decembris anno 1859 Piae Societatis Salesianae initium factum est, cuius primus conventus eodem die habitus est et Capitulum constitutum. Ven. Bosco, omnibus sodalibus acclamantibus, Rector Maior electus est; ad Capitulum autem vocati sunt, inter ceteros, Michael Rua et Ioannes Cagliero. Subsequentibus annis Pia Societas Salesiana fuit, per gradus a iure praescriptos, canonice approbata (1).

35. — Interea Societas Salesiana eo adaucta erat ut urbis in qua ortum habuerat fines excessisset, aliaque, praeter quae sibi proposuisset, opera esset aggressa. Iam ab anno 1858, Ven. Dei Famulus qui, ob tot quibus detinebatur erga ephebos curas, praedicationem tamen et cetera divini officii ministeria non omittebat, parvum Seminarium oppidi *Giaveno,* alumnorum raritate declinans, ad pristinum statum brevi redegerat; anno vero 1864 parvum Seminarium in dioecesi Casalensi a sacerdotibus laborante instituerat, quod dioecesim plurimis sacerdotibus instruxit. Eodem anno Collegium erexerat in oppido *Lanzo Torinese* quod Taurinensi dioecesi aliisque maximae fuit utilitati. Anno vero 1869 aliud aperuit Collegium in oppido *Cherasco* quod biennio post ob coelum insalubre fuit in oppidum *Varazze* translatum. Demum anno 1871 in viculo Genuae hospitium instituebatur pro derelictis pueris quod, Divo Vincentio e Paulis inscriptum, serius in oppidum *S. Pier d'Arena* translatum est. Ita Societas Salesiana suam in superiorem Italiam in mediam et inferiorem prosequebatur diffusionem: ita per vices condita sunt hic illic collegia Lucae, Spediae, Atesti, Florentiae, Romae, Cataniae, aliaque plura ex quibus innumeri exierunt

---

(1) Summ. pag. 213, 214 § 391-397.

optimi cives civitati, et non pauci sacerdotes dioecesibus (1).

36. — Angebatur ille quidem tot populo natis puellis, quae vel otii et miseriae tentationibus expositae, vel inter officinarum corruptiones vitam agentes, in continuo virtutis periculo versantur, quin sit qui eis de religione faciat verbum, earumque mentes literarum excolat rudimentis. Iisdem non aliter ac pueris quo modo consuleret secum reputabat, quum quidam Dominicus Pestarino, sacerdos pietate egregius, qui ex sui oppidi puellis religiosam familiam constituerat, Ven. Dei Famulum instaverat ut eam in spiritualem adoptionem acciperet. Illius desiderio Ven. Bosco morem gesserat, sed piissimum et prudentem sacerdotem sodalitii praesidem reliquerat. Quum vero, anno 1872, hic vita functus est, Ven. Dei Famulus quemdam ex suis confratribus sodalitio praefecit. Hoc fuit initium Societatis Virginum quibus a Maria Auxiliatrice nomen ex tunc fuit; cuius scopus est puellis eadem praestare quae Salesiani sodales pueris praestant. Et quidem hae Virgines Oratoriis praesunt, scholas aperiunt, tum primordiorum tum magistrales; receptus infantibus instituunt; aegris in valetudinariis assident. Ex Taurinensi in alias dioeceses brevi transmigrarunt et, Italiae finibus transvectis, toto fere orbe terrarum sparsae sunt (2).

37. — Haec tamen fervens Ven. Ioannis Bosco divini Nominis zelus ac in proximum charitas satis haud habebat, et maiora animo agitabat. Evangelii barbaris gentibus promulgandi ardor illum urserat semper. Vel puerulus, iam de barbaris ad religionem atque humanitatem informandis cogitabat; sacris initiatus, totus erat in eodem consilio, et animum saepius convertebat ad americanas terras, quae ad meridiem

(1) Summ. pag. 173 § 205; Summ. introd. Caus. pag. 328-330 § 420-424.
(2) Summ. pag. 214 § 398; et alibi.



pertinent, et anxiam conferebat cogitationem tum ad barbarorum ingentem turbam qui in impiae superstitionis tenebris illic degunt, tum ad innumeros italos qui, illuc migrati, avitam fidem amittunt ob piorum sacerdotum defectum quibus miserorum animae sint curae (1). Dies demum illuxit qua Ven. Dei Famulus rem tamdiu conquisitam pertingere potuit.

38. — Annus erat 1874 quum Ven. Dei Famulus litteras accepit ab Arch.po Bonearensi atque a parocho S. Nicolai *de los Arroyos*, qui petebant ut Salesianos illuc mitteret. Horum epistolis literae includebantur cuiusdam Petri Renitez, qui in Italorum migrantium commodum templum extruxerat Deiparae cui a Divina Misericordia nomen est, quique domos, agros, subsidia Salesianis qui, maribus transvectis, illam in terram se contulissent ultro se daturum pollicebatur. Divinum iussum Ven. Dei Famulo res visa est, atque accepit; eo autem libentius quod immensae quae appellantur *Pampas* et *Patagonia* regiones illi reipublicae pertinebant; facile hinc ex urbibus ad pagos illarum regionum Salesiani se convertissent, christianam doctrinam barbaris gentibus promulgaturi. Nil tamen statuere voluit quin Romam consuluisset; quam ob rem huc se contulit. Romani Pontificis adiecto consilio, totus fuit in prima sacra expeditione comparanda. Decem ex Salesianis delegit, quibus Ioannem Cagliero theologum ducem praefecit. Romam antea hi venerunt a Romano Pontifice humanissime excepti; dein Genuam iverunt unde die 11 Novembris 1875 in Americanas terras profecti sunt. Res praeter omnium expectationem optime cessit; ita ut plures expeditiones hanc primam exceperint. Et paucis post annis, missionarios Filiae Mariae Adiutricis secutae sunt (2).

(1) Summ. pag. 128, 129 § 32; et alibi.
(2) Summ. pag. 129 § 33; pag. 216, 217 § 407-411; et alibi.

39. — Missionariorum labores ac industriae ut miseras illas gentes ex impiae superstitionis tenebris ad lucem ac sapientiam christianam adducerent, uberrimos fructus dederunt. Quam ad rem methodus qua Ven. Dei Famulus in evangelio propagando utebatur digna quae recolatur videtur. Siquidem missionariis confratres laicos adiungebat qui manuales artes, ac non semel agricolas qui agriculturam, barbaros docerent; hac vero mente ut primum pueri a missionariis ad religionem erudirentur, deinde literarum rudimenta docerentur necnon agros colere, et artes exercere quae sint opportuniores atque usitatiores apud honestiores populos. Rebus sic sapientissime institutis, fiebat ut ipsi pueri apud suos parentes, ob vitia quibus foedarentur ad christianam vitam amplexandam non prócliviores missionarii essent, cum, ob utilitatem quae redundaret ex artibus colendis, patres ad doctrinam christianam manu prope illi deducerent (1). Adeo autem missiones late diffusae sunt, ut anno 1883 Summus Pontifex Leo XIII Pathagoniam in Vicariatum Apostolicum erexerit, cui praefecit Ioannem Cagliero; et in progressu temporis alios Vicariatus et Praefecturam Apostolicam.

40. — Sed Ven. Dei Famulus, uti diximus, non modo barbarorum ad fidem conversionem in sacris expeditionibus comparandis in animo habuit; sed eum misertum erat quoque Italorum qui hac nostra aetate, tum necessitate tum rerum novarum cupidine compulsi, patrias sedes derelinquunt, atque Americae litora petunt, ut res suas aliquando restituant. Horum profecto misera — miserrima tunc temporis — est sors: paucis enim fortuna arridet, plurimos iniquorum susceptorum rapaci avaritiae subiicit, omnes in dissitas regiones disperdit cuiusvis humani ac divini solatii expertes. Tristes sane fortunae vices,

(1) Summ. introd. Caus. pag. 297 § 319; pag. 310 § 64.



quas qui gemant infiniti adumerantur, qui sublevent perpauci. Hodiernis nonnullorum hominum, quibus bona voluntas miserationem cordis exaequat, in miserorum opem collatis curis privato nisu ac aere, ac nuperis italici gubernii legibus quas tot miseriis auferendis pares nemo est qui dicat, Ven. Dei Famulus prae ivit. Cuius opera ab Italis, regiones illas longinquas obtinentibus, qui plerumque viri sunt ad pietatem proni, religio servatur; italica autem soboles iis artibus formatur, quae ad humanitatem pertinent, in scholis, ubi noster quoque italus sermo doceretur, quas magna frequentia italorum adolescentes celebrant.

41. — Missiones tamen ab antiquis operibus Ven. Servum Dei non distrahebant; nam inter eas Galliam et Hispaniam lustrabat, domus quas ibi aperuerat visurus, novaque opera cogitabat, quorum memoratum volumus magnificum Templum quod Romae, flagitante potissimum Leone XIII, Sacratissimo Cordi Iesu dicandum, extruxit ad Castrum Praetorium; cui Hospitium in magnitudine amplum adnexum est, quo populo nati reciperentur, christiana educatione informarentur, et manualibus exercerentur artibus, pro sua quisque facultate, variis artium scholis institutis. Aliud Opus memoratu dignum illud est cui vulgo *Figli di Maria* nomen est, adultorum ecclesiasticis vocationibus excolendis. Animadverterat Ven. Dei Famulus, ex decem pueris qui ad gymnasium accederent, ut in sacerdotum numerum adsciscerentur, vix duo sacris initiari, ceteros alias vias ingredi; e contra, quot adulti studiis eumdem in scopum operam dare inciperent, tot fere sacerdotali ordini adscribi. Cogitabat hinc quo modo adultis quam pluribus posset ad gymnasia accessum ac studiorum cursum facilem ac expeditiorem redderet. Hoc obtinuit opere, de quo supra, quod anno 1875, Summo Pontifice probante, primum in oppido *Sampierdarena* institutum, dein Augustam Taurinorum aliaque in

oppida diffusit adeo ut plurimae Operis domus toto orbe sparsae adnumerentur (1).

42. — Undenam ingentem quà tot inceptis opus erat pecuniam hauriebat? Dabat proborum civium liberalitas; aderat Divina Providentia, quandoque modis extra ordinem, uti suo loco videbimus (1), semper autem ordinariis beneficos homines multiplicando. Plures enim, tum ex laico tum ex clericali ordine, Ioanni Bosco auxilio erant opera; innumeri autem pecunia ac precibus. Hos si quo communi vinculo intimius posset Sodalitio coniungere, cogitabat Ven. Dei Famulus. Illum sane, nostrorum temporum ac morum scrutatorem sagacem, aestimatorem prudentem, haud potuerat fugere quanta vis hominum cogitationibus ac inceptis addatur ex hominibus ad praestitutum finem consequendum associatis, sive mercatorium sive oeconomicum, sive moralem finem spectent. Itaque ex vetere heroum Christi nisu ac fide, ac rerum novarum prudenti iudicio, ortum habuit illa Salesianorum Cooperatorum Unio, in quod, ad instar Tertii Ordinis, in unum corpus coalescunt quotquot numerantur homines qui Ven. Dei Famuli inceptis opere, pecunia, precibus adsunt. Cui Unioni triplicem praestituit scopum: gratum animum hominibus de salesianis operibus bene meritis significare, cum omnibus Piae Societatis Salesianae spiritualibus gratiis cooperatores participent; perseverantiam beneficis suadere et novos excitare; auxilia parochis, praesulibus in piis operibus constituere. Ita Ven. Ioannes Bosco dum sibi suisque operibus adiutores, Christo ac Religioni milites comparat (2).

43. — Cooperatorum Unionem Summus Pontifex Pius IX die 9 mensis Maii anno 1867 approbavit et indulgentiis comulavit, eique maximam et celerrimam diffusionem praedixit. Ipse Pontifex primus

---

(1) Summ. pag. 281, 282 § 648, 649; et alibi.
(2) Summ. pag. 142 § 84, 85; Summ. introd. Caus. pag. 327 § 415, 416.



in Cooperatorum catalogo inscribi voluit, et plures Cardinales et Episcopos hortatus est ut nomen suum et ipsi darent. Pariter Leo XIII, ubi Petri cathedram ascendit, voluit inter Cooperatores Salesianos adnumerari. Pii IX prasensiones eventus confirmavit, superavit; siquidem, non modo in Italis, sed et in Gallis, in Austriacis, in Polonis, aliisque Europae ac Orbis gentibus, Unio plurimos cooperatores excepit, ita ut, quum Servus Dei obiit, Cooperatores Salesiani ad octoginta millia numerarentur (1).

44. — His qui, toto orbe sparsi, in unum Sodalitium coalescebant, uno spiritu acti, unum finem spectantes, opus erat ut cognitionem caperent rerum quae ad Societatem Salesianam pertinerent, operum quibus manus admoveret, locorum ubi salesianae domus instituerentur, operum quae hic illic Salesiani cooperatores aggrederentur: opus erat organo, uti aiunt, quod spiritualem compleret unionem, ac faciliorem expeditioremque cooperatorum operam redderet. Quid cogitat Ven. Dei Famulus? Eodem consilio ac Unionem instituit, ex nuperis moribus ac inventis et organum illud quaerit; ac publicarum ephemeridum vulgatissimum usum quae nostris temporibus ac civitatibus, in quolibet hominum operositatis ordine, dominantur, in religionis propagandae ac charitatis excitandae instrumentum validissimum convertit. Haec fuit ephemeridum Salesianarum origo, quae primum italico idiomate, postea vero gallico, iberico, anglico, ac teutonico editae, universas Salesianorum domus ingrediuntur, omnes salesianos sodales et quotquot sunt in orbe cooperatores adeunt, charitatis opera excitant, multos ad clericalem ordinem, ad regularem observantiam, ad missiones trahunt (2).

45. Omnia quae adumbravimus ceteraque plura

---

(1) Summ. pag. 282-284 § 655.
(2) Summ. pag. 284 § 656, 657; et alibi.

de quibus sermo erit quum de heroicis Ven. Dei Ioannis Bosco virtutibus agemus, sunt unius viri opus qui, humili loco natus, pauper, obscurus, nulla ambitione, nulla divitiarum cupidine actus, sed sola charitate incitatus, nullum aliud habens praesidium quam fidem, nullam opem quam spem, nomine suo Orbem implevit. Tot ab illo gesta legentes, non possumus quin summa admiratione cumulemur de tam operosa sanctitate. Qua animi vi, qua tenaci voluntate, quibus tum naturalibus, tum supernaturalibus dotibus ac virtutibus, inter se miro ordine compositis, quibus supernaturalibus donis iste vir pollebat! Quod pleno suo lumine patebit, quum, de singulis virtutibus agentes, mentem adverterimus ad omnigenas difficultates ac obstacula inter quae opus suum incepit, evolvit, perfecit. Plerumque civium indifferens animus, ac interdum critices et ironia, bonorum accidia, benevolentium incerta fiducia, opum inopia, quae iter interpellant cuilibet homini qui ambulet in viis fidei actuosae, et quae Noster expertus est: hic, inquimus, iners renixus hominum et rerum nihil prorsus est prae directis aggressibus et insectationibus. Quae in Ven. Dei Famulum admota sunt undique, nec modo ab haereticis et christiani nominis inimicis, quod planum est; sed vel ab iis qui, rei publicae praefecti, quin adverterent non poterant quam in publicam quietem ac civilis consortii commodum operositas Ven. Dei Famuli conferret.

46. — De haereticorum, vulgo protestantium, insidiis, alibi erit sermo. Difficillimis illis temporibus quibus, rebus publicis in Italis commotis, Religio et Ecclesia versabantur, fuit Ven. Dei Famulus, verbis et popularibus libris passim in vulgus editis, inter eos qui Ecclesiae libertatem fortiter adsererent, religionem ab adversariorum factionibus vindicarent, iura Pontificis strenue tuerentur. Quam ob rem gubernii persecutiones passus est, quod Salesianas aedes, ipsum Ven. Dei Famuli cubiculum, inquiri iussit. At adversariorum summi nisus scholas intende-



bant. Quid non egerunt ut tandem aliquando illas clausas, alumnos dispersos, adspicerent? Praefecti scholis inspiciendis mittebantur, qui alumnos dolosis quaestionibus caperent, ut ex responsis praetextus deducerent magistros subvertentis disciplinae insimulandi. Eo audaciae processum est, ut ex alumnis quaererent quid Ven. Dei Famulus ipsis peccata sua admittentibus diceret. Cum hac non successisset, alia aggressi sunt via. Per speciem quod magistri titulis legalibus docendo carerent, anno 1878 Ioannes Bosco iussus est ut scholas clauderet. Res a vero procul erat, cum suo quaeque classis magistro uteretur legalibus praedito conditionibus. At Oratorium diversa ac omnes italici regni scholae ratione habebatur. Consilium publicorum negotiorum aditum est, quod iniquum decretum confirmavit. Modo Ven. Dei Famuli patientia, fortitudo et prudentia res componere potuit (1).

47. — Haec omnia personam Ioannis Bosco minime spectabant, sed tantum christianam disciplinam qua in scholis pueri informarentur, ac principium illud quod civilis auctoritas, Ecclesiae adversa auctoritati, conculcabat et cuius strenuus vindex ille noscebatur. Ipsum gubernium, quod Ven. Dei Famulum auctoritati civili semper noverat obsequentem, nil aliud quam christiani nominis hostium sollicitationibus cedebat. Tantum aberat ut quid haberet gubernium quod illi imputaret, ut ipsi regni administri, dum una manu decreta inquisitionis subsignant, altera literas ei scribunt, quibus quidam derelicti pueri ut recipiantur supplicant, necnon subsidia mittunt (2). Demum Ioanni Bosco — haud secus atque aliis viris non paucis ob vitae sanctitatem coelitum honoribus ab Ecclesia insignitis — non defuit acerbior tristitia ex ipsis ecclesiasticis praesulibus quos

---

(1) Summ. 168, 169 § 173-179; et passim.
(2) Summ. passim.

nonnisi benevolos sibi ac suorum operum fautores sperare debuisset. Nullus sane unquam religiosissimo cordi altior incessit dolor. Tot vero afflictiones et angustiae nonnisi vividiori Ven. Dei Famulo virtutum splendori fuerunt; miram eius fortitudinem miram patientiam ostenderunt (1).

48. — Ita, in dolore et contradictionibus, Ven. Dei Famulus, firma fide, invicto animo, in sulco quem a prima, ut ita dicamus, aetate inceperat, effodiendo insistebat, ac lacrymis ex intimo corde expressis humum foecundabat. Eius opus, altissimis iam defixum radicibus, in innumeros ac vigentes ramos germinaverat. Flexo suo mortali ad vesperam die, solers in vinea Domini operarius, respiciens ad opus perfectum, recreari poterat immensam cum ante se aspiceret agri amplitudinem, cui semina commiserat, ingentem messis perceptae copiam: centum quinquaginta salesianorum sodalium aedes, octoginta sororum a Maria Auxiliatrice, toto Orbe sparsas; quingentos Salesianos christianae catechesis institutores et sorores in Americam populis ad pietatem excolendis missos; octoginta millia hominum in Cooperatorum Salesianae Societatis numero adscriptos; iuvenum utriusque sexus plura decena millia in Salesiana Hospitia in Europa, in America receptos; eorumdem innumerum exercitum qui, viarum corruptelis erepti, in Oratoriis in scholis ad christianos sensus et mores formabantur; Pathagonum viginti millia ad christianam sapientiam adductos; integras civitates ad meliorem frugem redactas; charitatis exemplum et ardorem ubique gentium diffusa. Iure igitur poterat, meritis onustus, sepulcri quietem corpori, coeleste praemium animae desiderio properare.

---

(1) Summ. pag. 217-230 § 412-462.



## DE VIRTUTIBUS IN GENERE.

49. — Ex imagine quam adumbravimus tanti viri, tot meritis insignis, iudicare iam liceret christiani herois laudem et titulum eidem spectare. Id sentiunt quotquot in iure steterunt testes, quorum iudicio sublimem christianarum virtutum habitum, in quo, ex Benedicto XIV, sanctitas consistit, in omni sua vita usque ad obitum Ven. Iannes Bosco possedit; in earum exercitio, tum in secundis tum in adversis rebus, et alacritatem cum facilitate, et delectationem cum sui ipsius abnegatione semper ostendit, ac prae se perpetuo tulit praeter perfectionis humanae communem modum . Quae omnia, ex iuris nostri praescriptis, ex Sacri Huius Ordinis mente, ex SS. Patrum doctrinis, ex Doctorum placitis, heroicitatem constituunt.

50. — Nonnullos referemus speciminis causa testes. Audi, quaeso, inquisitionis Apostolicae II, R. P. Ioannem Francesia: « Per la lunga esperienza della « vita menata col Venerabile, posso dire che esso « esercitò in grado eroico le virtù teologali e cardi- « nali; e senza venir mai meno in esse sino alla morte. « Così pure posso affermare riguardo alle virtù mo- « rali, delle quali egli era sempre a noi maestro e « specchio eccellentissimo » (1). Audi XI, R. D. Iulium Barberis: « Io sono intieramente convinto che « il Venerabile abbia esercitato le virtù sopra descrit- « te in grado eroico sino alla morte e mi pare di poter « attestare che di anno in anno esse si siano fatte in « lui sempre più eminenti. E dicendo in grado eroico « intendo dire non le esercitò solo in grado comune « ed ordinario come sogliono praticarle i buoni sacer- « doti e religiosi, ma in grado straordinario ed eccel-

---

(1) Summ. pag. 308 § 4.

« lente, cioè come le praticano le persone perfette e « sante. E ciò anche quando le occasioni si presentavano all'improvviso ed in circostanze in cui la loro pratica sembrava più difficile, ed avrebbe forse « fatto indietreggiare altri, egli le esercitava in modo « che a lui parevano naturali » (1). Congruit XIII, R. D. Ioannes Baptista Lemoyne : « Io sono persuaso che il Venerabile esercitò tutte le virtù in grado « eroico, e in questo ho consenzienti tutti i miei antichi compagni e la comprova di un grande numero « di memorie inviatemi dagli stessi e da altre persone perchè ne scrivessi la vita. In ventiquattro anni che vissi con lui non mi accorsi del più piccolo « rilassamento nella sua condotta di vita che offendesse l'altissima idea che mi ero già formato della « sua perfezione. Lo argomento dal fatto che ciascuna delle sue virtù è così collegato con le altre che « difficilmente si può trattare di essa sola. Le memorie che ho raccolto delle sue virtù sono così numerose, direi, come i giorni della sua vita ». (2).

51. — Apostolicis testibus concinunt Ordinarii. Roga sane II, R. D. Ioachimum Vincentium Berto, qui affirmat : « Ho l'intima e ferma persuasione che « il Servo di Dio ha costantemente praticato sino alla « morte tutte le virtù in grado eroico » (3). Interroga V. R. D. Felicem Reviglio, qui asserit ob virtutum fulgorem Ven. Dei Famulum Sancti nomine esse decoratum (4). Roga XII, R. D. Franciscum Dalmazzo, qui refert : « un apprezzamento fatto da molti dei « miei confratelli e da me stesso, che colla frequenza « e famigliarità intima del Servo di Dio, al contrario « di quello che avviene ordinariamente cogli altri uomini, si scorgeva sempre qualche nuova virtù o « qualche cosa in generale da ammirare, a cui prima

(1) Summ. pag. 309 § 5,6.
(2) Summ. pag. 310 § 12.
(3) Summ. pag. 315 § 32.
(4) Summ. pag. 315 § 36.



« non si poneva mente » (1). Roga XVI, E.mum Ioannem Cagliero : « L'eroismo delle sue virtù, praticate « nella fanciullezza e gioventù, mi fu attestato più « volte da' miei conterranei; da sacerdote e Direttore dell'Oratorio, e Superiore della Congregazione, lo attestano con me tutti gli altri confratelli, « stati spettatori della sua vita esemplarissima e delle « sue virtù in grado eccellente, esercitate sempre con « una costante perfezione, sia nelle cose prospere od « avverse, sia nelle facili o nelle ardue, ed anche quando richiedevano una forza morale straordinaria nell'anima sua, ed un dominio perfetto del suo cuore « e di sè stesso. Queste virtù le andò praticando sempre con maggior perfezione, col crescere dei suoi « anni, e di lui si può dire che *crescebat aetate, sapientia et gratia apud Deum et apud homines.* « Questo suo eroico progresso nelle virtù teologali, « cardinali e morali, lo posso attestare per tutto il « tempo che stetti al suo fianco; come pure posso affermare di non avere mai notato nella pratica di « sue virtù una mancanza, un difetto, o rilassatezza, « anche momentanea e deliberata » (1). Denique audiamus XXII, R.D. Aloysium Piscetta : « Queste virtù il Servo di Dio possedette ed esercitò in grado « eroico ossia eccedente il modo comune di operare « delle persone virtuose ». Ac si quaeras unde testi id « suasum : « Ciò ricavo dall'assiduità e costanza nel « loro esercizio non mai interrotto, per cui in ogni circostanza anche difficile non smentì mai sè stesso, nè « si vide mai un rallentamento che mostrasse come « l'uomo vecchio prevalesse sull'uomo nuovo. Per « questa assiduità e costanza le sue azioni virtuose « non facevano sopra di noi conviventi con lui guari « impressioni di meraviglia, essendovi assuefatti; « dalla facilità e naturalezza onde operava, per la « quale la virtù sembrava in lui congenita; dalla soa-

(1) Summ. pag. 317 § 44.
(2) Summ. pag. 319 § 52-55.

« vità nell'operare, per cui nell'esercizio degli atti « più virtuosi appariva ilare e sorridente in volto, « sempre disposto ad una parola affettuosa e spirante « bontà paterna. E ciò anche quando gli atti erano « difficili » (1).

52. — Una igitur est testium omnium utriusque inquisitionis de Ven. Dei Famuli virtutibus sententia : scilicet omnes mirifice in eo emicuisse et heroicitatis attigisse fastigium. Quam vere et merito hoc laudis generali praeconio Ven. Ioannes Bosco fuerit decoratus melius et apertius videbitur ex iis quae de praestantia heroica singularum virtutum, qua brevitate opus est ne oratio nostro praeter modum protrahatur, continenter sumus dicturi.

---

## DE VIRTUTIBUS THEOLOGALIBUS

### De heroica Fide

53. — Licet conspicua et indubia virtutum omnium argumenta Ven. Ioannes Bosco exhibuerit, in iis tamen quibus fides ostenditur in primis enituisse videtur. Id sentiunt testes omnes utriusque inquisitionis recensentes eius vitam quae Deum et Dei gloriam unice spectavit, et res per eum gestas quae omnes, dum proferunt eam Dei vel proximi charitatem quae est forma fidei, hanc simul ad obitum usque vivam atque operibus actuosam fuisse evincunt. Quisque autem vel cursim lectitaverit omnia quae in Summario ex processuum tabulis inseri curavimus, plane conveniet cum Teste Barberis, XI proc. ap., asserente, ex consuetudine viginti septem annorum cum Ven. Dei Famulo sibi esse suasum « che egli fosse per « eccellenza il giusto che vive di fede » (2); et cum

(1) Summ. pag. 322, 323 § 52-55.
(1) Summ. pag. 373 § 199.



XII eiusdem proc., R. D. Hiacyntho Ballesio, qui eum vidit « sempre animato da una gran fede, la più ferma, la più generosa, che da lui, dal suo esempio, si « trasfondeva nei suoi che, animati e sostenuti da « questa fede piena, semplice, indisturbata, sicura, « facevano miracoli di virtù » (1); et cum XIII, R. D. Ioanne Baptista Lemoyne : « Il Servo di Dio era « uomo di grandissima fede » (2).

54. — Ne pigeat alios eiusdem processus testes audire. Et in primis, ex Apostolico XVI, E.mum D. Ioannem Cagliero : « La fede di D. Bosco fu così sublime e così profonda — ait Testis — che fu l'a« nima della sua vita. In una lettera riservata a me « che mi consegnò a San Pier d'Arena, prima d'an« dare al porto di Genova (unde testis in Americam « ad sacras missiones profectus est) mi scriveva : « *Fate quello che potete, Dio farà quello che non pos« siamo noi. Confidate ogni cosa a Gesù Sacramen« tato ed in Maria Ausiliatrice e vedrete che cosa so« no i miracoli.* E li abbiamo veduti i miracoli, ma « per me non sono più un mistero, ammessa la fede « di Don Bosco » (3). Iusta Testem XVII, R. D. Angelum Amadei, Ven. Dei Famulus vivebat ex fide : « Bastava osservarlo e parlargli per essere persuasi « che D. Bosco viveva di fede ». Nihil unquam scripsit, nullum verbum protulit quod Deum non referret : « Io ho letto — addit Testis — quasi tutte le sue let« tere private che sommano a parecchie migliaia e « non ne ho trovata nessuna, dal 1846 in seguito, nel« la quale non entri o il nome di Dio od il pensiero « dell'eternità, insomma un pensiero di fede. Così « era anche nei privati colloqui » (4). Nec diverse Testes ex officio : Exc.mus D. Ioannes Vincentius Tasso, ordine XVIII : « Bastava trattenersi un poco con

(1) Summ. pag. 385 § 255.
(2) Summ. pag. 390 § 275.
(3) Summ. pag. 398 § 311, 312.
(4) Summ. pag. 410 § 357, 358.

« Lui per subito accorgersi che era veramente un vero « *Homo Dei;* e la fede e il soprannaturale traspariva « da ogni sua parola e da tutta la sua persona. Questo « l'ho provato per esperienza personale » (1); et R. Ioseph Allamano, ordine XXX: « Chi trattava con « Lui vedeva un uomo pieno di fede e sempre diret- « to da motivi soprannaturali di cui poteva dire: *Iustus ex fide vivit* » (2). Eamdem opinionem de heroica eius fide participant testes processus ordinarii. Sint pro cunctis XII, R. D. Franciscus Dalmazzo, et I ex officio, ordine XXX, R. D. Dominicus Bongioanni, quorum alter affirmat: « Il Servo di Dio diede « sempre prova di una vivissima fede in tutte le sue « parole ed in tutte le sue opere, e di una fede vera- « mente eroica » (3); et alter confirmat: « Don Bo- « sco era anzitutto un uomo di fede. Difatti in tutte « le sue opere, parole ed anche lepidezze, traspariva « il fine soprannaturale che egli aveva di portare « tutti a Dio » (4).

55. — Virtutis fidei quanta esset praestantia in Ven. Dei Famulo plurimis validisque argumentis facile ostenditur, et in primis firmissima intellectus adhaesione veritatibus quas credendas proponit Ecclesia: « Egli credeva — ait Testis Lemoyne, XIII « proc. ap. — con pienissimo assenso della mente e « con perfetto atto di volontà tutte le verità rivelate; e « questo suo assenso fu senza ombra di dubbio, e mai « smentito da nessun atto o parola in tutta la sua « vita » (5). Et Testis II proc. ord. eum ostendit, non modo veritatibus a Deo revelatis, sed etiam ecclesiasticis definitionibus et decisionibus obsequentissimum: « La sua fede — ita Testis — si estendeva an- « che a tutte le verità definite dalla Chiesa, e presta- « va il suo pieno assenso non solo a tutti gli insegna-

(1) Summ. pag. 416 § 384.
(2) Summ. pag. 420, 421 § 401.
(3) Summ. pag. 448 § 529.
(4) Summ. pag. 461 § 594.
(5) Summ. pag. 390 § 275.



« menti del Papa in cose di fede e di morale e discipli- « nari, ma ancora nelle cose disputabili dicendo che « per lui un desiderio del Papa era un comando. La « stessa adesione professò alle decisioni delle Con- « gregazioni Romane, e voleva che tutti noi ne se- « guissimo l'esempio » (1).

56. — De tanto munere, scilicet fidei professione, quotidianas Deo gratias agebat, et matrem multis cumulabat laudibus quod sibi a parvulis Dei scientiam et amorem una cum peccati horrore in animum induxerat. Huiusmodi grati animi erga Deum sensus aliis inculcabat, quod in fide catholica nati erant, omnemque occasionem arripiebat fidei in animis excitandae, servandae, augendae (2). « Quanto « poi alle sue sollecitudini — ait ad rem R. D. Mi- « chael Rua, I Testis proc. Ap. — per mantenere i « suoi allievi e gli altri suoi dipendenti nel retto tra- « mite della dottrina cattolica non si può in breve spa- « zio tutto esprimere; basti il dire che quella era la « sua continua occupazione; quindi nei discorsi fami- « gliari, negli esercizi spirituali, nei sermoncini « della sera, nelle predicazioni festive sempre cerca- « va d'istruirli e confermarli nella verità della fede » Ad hunc scopum non modo librum exaravit, cui titulus « *Il Cattholico nel Secolo* » in quo brevis continetur tractatus de veritatibus christianae religionis, sed in omnia sua scripta huiusmodi tractationem insinuavit. Contra periculum vero fidei amittendae alumnos solicitus praemuniebat. « Quando poi i suoi « allievi — prosequitur citatus Testis — dovevano « recarsi alle vacanze autunnali, il Servo di Dio ol- « tre il cercare di diminuire la durata per diminuire « pericoli, negli ultimi giorni della partenza con tutto « lo zelo li premuniva contro gli errori che correvano

(1) Summ. pag. 430 § 442, 443.
(2) Summ. pag. 390 § 276; pag. 417 § 385, 386; pag. 420 § 401; pag. 445 § 529.

« pel mondo, contro le compagnie e letture perico-
« lose » (1).

57. — Ven. Ioannes Bosco notus fuit superiore saeculo ex acerrimis adsertoribus et vindicibus catholicae Fidei. Universa eius vita in hoc fuit insumpta, ut Religionis imperio novas quaereret provincias, veteres in hostium aggressus defenderet. Magna et turbulenta tempestate res christiana tunc temporis affiictabatur, diffusis undique erroribus, falsis doctrinis haereticorum vulgo protestantium, atque ex aliis sectis, hac illac serpentibus. His Ioannes Bosco fortissime obstitit armis aptis aggressibus, sermonibus, disputationibus, libris quibus catholica dogmata vindicaret, ephemeridibus quae haereticorum errores refutarent, hoc consilio ut populi religioni consuleret eadem ratione qua haeretici insidiabantur librorum et ephemeridum colluvie falsis opinionibus infectorum. Ex his memoratu digna sunt volumina quae, nomine *Letture Cattoliche,* in populum divulgavit. Cum vero Christi charitate urgeretur, illorum, in quos pugnabat, conversionem quaerebat et fovebat et plures in Oratorium gratuito recepit, ubi catholica religione instruerentur. Ob quam diversam operositatem et miram alacritatem et constantiam, haereticorum irae adeo excitatae sunt ut, Ven. Dei Famuli fide multimodis, etiam oblata pecunia, frustra attentata, mortem ei minati ac iterum iterumque minas exequi conati sint. Primum per venenum, rursus per sicarium, tertium per fraudem mortem illi quaesiverunt. Alias, cum solus nocte intempesta domum rediret, incidit in pravos homines qui, pallio eius capite involuto, eum nitebantur humi deiectum vulneribus confodere, at Ioannes divina fuit ope liberatus (2).

---

(1) Summ. pag. 329, 330 § 11, 12.
(2) Summ. pag. 386 § 258; pag. 401 § 322-324; pag. 425-429 § 421-434; pag. 451 § 557.



58. — Pari ardore ac veritates catholicas in haereticos, iura vindicavit Ecclesiae et Pontificis in neotericas doctrinas, in guberniorum et sectarum ausus. Quam ad rem monet Testis Berto, II proc. ord. : « Il « Servo di Dio ci ricordava pure sovente che uno de- « gli scopi della Congregazione Salesiana era pure « quello di sostenere e difendere l'autorità del Som- « mo Pontefice e della Religione » (1). Rem satis illustrat pars quam ille habuit dogmatis inerrantiae pontificiae solemni declarationi. Quos enim nosset Episcopos qui declarationi obstarent, adiit, cum ipsis disseruit, in suam adduxit sententiam, quos inter Episcopum Salutiensem Laurentium Gastaldi, quem in ferventem declarationis fautorem convertit (2).

59. — Insectationes et inquisitiones per civiles magistratus in Ioannem Bosco inlatae, strenuum petebant vindicem iurium Ecclesiae et Pontificatus. Id notat Testis Rua de perquisitionibus patratis anno 1860, in quibus « si vide la persuasione che si aveva « del suo rispetto e attaccamento anche all'arcivesco- « vo di Torino, perchè tali perquisizioni furono pro- « vocate dal sospetto che D. Bosco fosse il tramite di « cui si serviva l'esiliato mons. Franzoni per comu- « nicare ai suoi parroci le confidenziali disposizioni « per l'Archidiocesi » (3).

60. — Illud *ubi Petrus ibi Ecclesia* usitatissimum Ven. Ioanni Bosco erat, docet idem Testis Rua, qui addit : « Volendo incominciare nei primi tempi che « aveva chierici a far imparare loro a memoria i « Santi Evangelii, cominciò a far loro studiare il « capo di S. Matteo, dove il Divin Salvatore stabili- « sce Pietro fondamento della Chiesa, ed in seguito « faceva fermare la nostra attenzione specialmente « su quei punti in cui conferma a S. Pietro il suo pri- « mato, la sua piena autorità su tutti i fedeli ed an-

---

(1) Summ. pag. 430 § 444.
(2) Summ. pag. 430, 431 § 446.
(3) Summ. pag. 336 § 42.

« che sui pastori e l'infallibile suo magistero nella « Dottrina, facendo risultare come queste prerogative, dovendo durare quanto la Chiesa, dovevano « naturalmente passare ai successori di S. Pietro ». Hinc auctoritatem Summi Pontificis non modo ipse recognoscebat et venerabatur, sed etiam monebat suos « di diffidare e tenere come nemici della reli« gione chi manca di rispetto verso il Sommo Pon« tefice e si permette di sparlarne » (1).

61. — His quae praemisimus continetur summa reverentia qua Ecclesiam prosequutus est, cuius veracitatem et supremam auctoritatem strenue propugnavit. « Il Servo di Dio — pergit citatus Testis — « aveva la massima venerazione per la Chiesa Roma« na, difendendo colle parole e con gli scritti che essa « è veramente la Chiesa di Gesù Cristo, consacrata e « suggellata col martirio di S. Pietro, di cui difese « strenuamente la venuta e morte a Roma. Appunto « per confermare i fedeli in questa dottrina della su« premazia della Chiesa Romana su tutte le altre « chiese, scrisse la vita di S. Pietro, in cui fu un ca« pitolo particolare sulla venuta di S. Pietro a Roma, « contrastata dai protestanti. Non contento del suo « compendio, esortò il valente scrittore, biblioteca« rio vaticano, mons. Luigi Ferri a scrivere gli an« nali dei SS. Pietro e Paolo, sobbarcandosi esso a « tutte le spese della stampa e pubblicazione della « voluminosa opera che ne risultò dagli studi di quel « dotto scrittore » (2). Ecclesiae vitam ipse vivebat, et « educava noi pure — monet R. D. Anfossi in proc. ap. — a questo sistema. Infatti nei discorsetti « che era solito rivolgerci alla sera dopo le orazioni, « era solito ricordarci la solennità che il giorno se« guente la Santa Chiesa celebrava; ce ne spiegava « la ragione, ma il suo dire non aveva solamente lo

(1) Summ. pag. 335, 336 § 38, 39.
(2) Summ. pag. 336, 337 § 43.



« scopo d'istruirci, ma ancora di eccitarci ad entrare « nell'intenzione della Santa Madre Chiesa » (1).

62. — Pontificis et Ecclesiae observantissimus, idem obsequium praestabat aliisque inculcabat Pontificis verbo et Ecclesiae traditioni. Pontificis verbum aiebat esse omnium christianorum actuum normam; utque encyclicae literae legerentur et interdum memoriae mandarentur curabat (2). Quoad traditionem docet Testis Rua in proc. ap. quod « aveva pure in « grande venerazione la tradizione, cioè l'insegna« mento dei Padri e dei Dottori della Chiesa, i Cano« ni dei Concilii ed i Decreti dei Sommi Pontefici. « Nei suoi scritti contro i Protestanti vivamente so« stenne l'autorità della Tradizione, sostenendo an« ch'esso con S. Agostino che senza la Tradizione « neppure si potrebbe avere la Sacra Bibbia. Com« batteva le distinzioni tra libro e libro della Scrittu« ra introdotte da Lutero e dagli altri protestanti, so« stenendo che si dovessero tener come sacri ed ispi« rati tutti quelli che furono dalla tradizione presen« tati come tali. Nelle sue dispute coi Protestanti so« vente gli accadde di difendere l'autorità della Tra« dizione, comprendendo in essa quanto sopra abbia« mo accennato, cioè i Canoni dei Concilii, i Decreti « dei Pontefici » (3). Qui tamen traditionis cultus minime excludebat in Ven. Dei Famulo parilem cultum Sacrarum Scripturarum, erga quas tanta erat in eo reverentia ut non toleraret earum textum ioco licet innocenti citari; et quibus discendis impenso ardore sese applicuit, et quarum studium enixo zelo inter suos promovebat (1).

63. — Nil mirum si tantum amorem, tantam reverentiam erga Ecclesiam suis non modo dum viveret assidue inculcaverit, sed moriens testamento re-

(1) Summ. pag. 355 § 123.
(2) Summ. pag. 449 § 550, 551.
(3) Summ. pag. 335 § 35, 36.
(4) Summ. pag. 330 § 16; pag. 335 § 34-36; pag. 349 § 97; pag. 359 § 140, 141; pag. 360 § 142-144.

liquerit « pubblicando nel 1887 che gli alunni della « Congregazione non si discostassero mai da tali sen- « timenti verso la S. Sede Apostolica ad imitazione « di S. Francesco di Sales, loro patrono » (1). Utque tot solicitudinum intensitatem atque excellentiam iudicemus, tamquam fructus e semine, iuvat legere quae R. D. Felix Reviglio, V Testis proc. ord., fatetur : « Aveva infuso in noi tanto amore verso la Chie- « sa, che ci sentivamo disposti a difenderla anche a « costo della vita, e io, se nutro tali sentimenti in me, « lo devo a D. Bosco, e posso attestare che i più po- « tenti impulsi di obbedienza e fedeltà alla Chiesa li « ricevetti e ho impressi in me dal Servo di Dio » (2).

64. — Sensibus tam strenui adsertoris et vindicis Ecclesiae et Pontificatus cohaeret opera; nam illis temporibus utrique tam infestis Ven. Dei Famulus utrique fuit miles et adiutor validissimus. Obstitit fortiter, non modo scriptis sed etiam opera, novis legibus quae machinarentur in Ecclesiam eiusque instituta : regem instavit, minis divinae animadversionis precibus adiectis, ut religiosorum Ordinum suppressionem signare renueret; et legibus latis, usus est existimatione qua maxima apud ipsos adversarios florebat, ut illarum effectus temperaret : exempli gratia, Romae trium religiosarum domuum suppressionem impedivit. Sanctae Sedis paupertatis non oblitus obolum dabat ipse et colligebat. Demum de variis negotiis ecclesiasticis a Pontifice delegatus cum gubernio egit (3).

65. — Haec universalem Ecclesiam istiusque curas spectant, sed Ven. Dei Famuli zelus etiam angustioribus finibus altiorem sulcum fodiit. Loquimur de curis quibus ipse singularum dioecesum necessitatibus pro temporum iniquitate proxpexit. Nonnihil praemittendum est de obsequio quo praesules, earum

(1) Summ. pag. 431 § 447.
(2) Summ. pag. 443 § 516.
(3) Summ. pag. 431, 432 § 448-452; pag. 443 § 514.



capita, prosequutus est. « Non intraprendeva alcuna « opera nuova — ait Testis Rua — senza parlarne pri- « ma ed informarne l'Arcivescovo di Torino, da cui « riceveva con ogni rispetto le osservazioni, procu- « rando di approfittare dei lumi che il Signore suole « comunicare ai Pastori della Chiesa. Quando veni- « vano pubblicate circolari dai nostri Arcivescovi, « egli era premuroso di conoscerle e farle conoscere « ai suoi dipendenti, adoperandosi affinchè fossero « eseguite nella parte pratica » (1). Haud secus atque Taurinensem, Antistites ceterarum dioecesum habebat. Urbium quo iret Ordinarios invisebat; eos, exsules ob temporum iniquitatem, in domo suo hospitio habebat (2). Quod vero spectat Ven. Servi Dei operam in dioecesum bonum et commodum memoratu dignum est eumdem inter Sanctam Sedem et civiles magistratus se interposuisse ut subalpinis dioecesibus pastore viduatis optimos Antistites daret, vel ut iis temporalia procuraret (3). Omnibus diocesibus iuvit, maxime per Opus Mariae Adiutricis adultis ad statum ecclesiasticum educandis, quo multitudine sacerdotum dioeceses instruxit — septem millia numerabat in processu Ordinario Testis Berto — : « Il « Signore benedisse talmente queste e le altre sue fa- « tiche — ita Testis — che si possono calcolare al pre- « sente ben settemila sacerdoti usciti dalle Case di D. « Bosco a beneficio delle varie Diocesi, i quali Sacer- « doti non avrebbero potuto fare i loro studi senza il « concorso della carità del Servo di Dio » (4). Denique eius solicitudo etiam italici regni fines transvexit, iuxta quod refert E.mus Cagliero in proc. ap. : « Per « vari anni verso il 1868 ed in poi il Venerabile e- « stese il suo zelo anche a favore dei paesi Cattolici « del Canton Ticino. Il radicalismo Svizzero aveva

(1) Summ. pag. 336 § 40.
(2) Summ. pag. 406 § 342; pag. 432, 433 § 458-442.
(3) Summ. pag. 431 § 448.
(4) Summ. pag. 432 § 457.

« rese abbandonate e prive di Parroci molte parroc-
« chie, e D. Bosco, come so di certa scienza avendo io
« stesso aiutato il Servo di Dio in questa impresa,
« provvide a molti paesi ottimi e zelanti sacerdoti,
« non meno di una trentina, sostenendo anche per
« questi spese e sacrifici » (1).

66. — Exposita huc usque potius ad fidei et Ecclesiae propugnationem spectant; quae sequuntur fidei et religionis conservationem et incrementum respiciunt. Quid quantumque egerit ad hunc finem, Summarii tabulae satis superque docent. Accepimus huius capitis initio ab E.mo Cagliero quod fuit Ioannis Bosco emblema: *Da mihi animas, cetera tolle;* quae verba maximis legebantur literis scripta in pariete eius cubiculi ubi altera quoque inscriptio monebat: « Una cosa sola è necessaria: salvar l'ani-
« ma » (2). Et quidem Ven. Bosco nil egit nec vixit nisi ob animarum salutem quam una cum Dei gloria semper et unice quaesivit. Quid quantumque gesserit ut infidelium animas ad christianam sapientiam adduceret, innuimus in vitae synopsi. Ut vero percipias quo ardore ureretur evangelii barbaris gentibus promulgandi, faveas legere Testem Barberis, X proc. ap., qui eum audivit «molte volte gemere e sospi-
« rare, e pregare ardentemente il Signore che gli
« somministrasse presto i mezzi da poter salvare tan-
« te anime che vivevano ancora nelle tenebre e nel-
« l'ombra di morte ». Missiones percrebro in eius ore erant, cum suos alloqueretur, « e per eccitarci sempre
« più — prosequitur Testis — domandava ora all'uno
« ora all'altro: Tu ci andresti? Lascia fare, ti faremo
« un buon Missionario. Tu ti manderemo nel tal luo-
« go. Tu nel tal altro. — E sempre conchiudeva con
« profondo sospiro: — Ah! potessimo salvare molte
« anime! — Mise anche tanto desiderio in me che
« gli feci tante volte domanda di partire per le Mis-

(1) Summ. pag. 400, 401 § 421.
(2) Summ. pag. 436 § 483.



« sioni. Posso attestare che centinaia dei miei com-
« pagni, infiammati dalle sue ardenti parole, erano
« pronti a partire al primo suo cenno. Devo poi no-
« tare che non suscitava in noi desideri vani, ma ci
« suggeriva di cominciare a farci molto buoni, di or-
« nare il cuore delle virtù che si richiedevano per fa-
« re un buon missionario » (1). Postquam vero rem adeo conquisitam pertingere potuit, de sacris salesianorum expeditionibus summa laetitia gestiebat: « Spe-
« cialmente dal 1875 in poi — refert Testis Dalmazzo, XII proc. ap. — i suoi discorsi più frequenti e nei
« quali si vedeva un vero entusiasmo, erano quelli
« delle Missioni, perchè i suoi figliuoli avrebbero
« fatto conoscere Dio e l'avrebbero fatto amare. Go-
« deva assai, quando vedeva un bel numero di Mis-
« sionari pronti a salpare, specialmente per la Pata-
« gonia e la Terra del Fuoco, e li incoraggiava dicen-
« do: Non avessero a temere di nulla, che Dio e
« Maria Ausiliatrice li avrebbero sempre scampati
« dai pericoli » (2).

67. — At christianos etiam populos excoluit ipse sacris missionibus. Clericos et sacerdotes suos, necnon optimos ex alumnis laicis, in Oratoria festiva et paroecias, maxime tempore quadragesimali, mittebat qui christianam catechesim docerent. « E quello che
« faceva a Torino — docet Testis Cerruti, XVII proc.
« ord. — desiderava che si facesse pure nelle altre
« Case particolari. Gli premeva sopratutto che i suoi
« figli spirituali si prestassero in aiuto al parroco del
« luogo, ove esisteva la Casa ». Nec modo in catechesi docenda, sed eosdem volebat operam suam adhibere etiam in concionando et confessionibus excipiendis. Et dum Romae templum Sacratissimo Cordi Iesu dicatum aedificabatur, desiderium suum eidem Testi aperuit « di stabilire intorno alla Chiesa sud-
« detta un nucleo di preti che siano in modo partico-

(1) Summ. pag. 374, 375 § 206, 207.
(2) Summ. pag. 449 § 549.

« lare incaricati della predicazione nelle campagne
« romane . Vi sono purtroppo tanti — aiebat — che
« hanno bisogno di sentir la parola di Dio e di poter
« con facilità accostarsi alla confessione e comu-
« nione » (1).

68. — His cohaerenter in Ven. Dei Famulo eminuit quoque mira assiduitas in confessionibus excipiendis. Quodvis factum autem quodvis diei momentum occasionem illi dabat animas Deo conciliandi; iter rheda faciebat? aurigam prope sedebat, illius fiduciam sibi captabat, et plerumque qui illac transisset aurigam vidisset, genibus flexis, Ven. Dei Famulo peccata sua admittentem. In veteres alumnos, qui ex Oratorio discessissent, incidebat? statim his quaestionibus eos interpellabat: « *E la Pasqua l'hai fatta?* — *Sei sempre buono?* — *Vienmi a trovar presto* » (2). Profecto animarum salus fuit Ven. Ioanni Bosco totius vitae, ne horae quidem momento interrupta, solicitudo; sine mora nec requie illam quaerebat.

69. — Quae hucusque illustravimus iam satis essent statuendo Ven. Dei Famulum vere ex fide vixisse; alia vero subeunt splendida documenta ex iis signis ex quibus, ut plurimum, confici solet huius virtutis demonstratio. Eius generis sunt assidua cum Deo coniunctio et oratio, pia et frequens sacramentorum susceptio, in sacerdotibus autem divinorum mysteriorum devota celebratio cum adstantium aedificatione, studium decoris domus Dei, filialis pietas in Virginem Deiparam, cultus sanctorum, divinae et ecclesiasticae legis custodia. Nonnulla itaque de singulis proferemus ut Patres Consultissimi pro sua prudentia aestimare possint vim atque eminentiam illius fidei quae in Ven. Ioanne Bosco tam varia et praeclara sui ipsius indicia tamque egregios fructus edidit.

70. — Deo coniunctissimus fuit semper, adeo ut perennis cum Deo mystica unio universa illius vita

(1) Summ. pag. 455, 456 § 573, 574.
(2) Summ. pag. 441, 442 § 507-512.



fuisse dici possit. Intimam huiusmodi unionem « la
« dimostrava specialmente — notat Testis Rua in
« proc. ap. — col non mai parlare di qualsiasi argo-
« mento senza introdurre il pensiero di Dio ». Siquidem a rerum creatarum adspectu ad Creatorem animum saepe saepius efferre solebat; agri herbulae et fructus, infinita coelorum astra et spatia, quidquid divinam sapientiam proderet, hymnum Omnipotentis magnitudini in os illius vocabant (1). Dei praesentiam industrie ad iuvenum mentem iugiter revocabat « fa-
« cendo mettere questa massina *Dio ti vede* nei luo-
« ghi di studio e di lavoro » (2). Et ab E.mo Cagliero haurire praestat elogium quod E.mus Alimonda, archiepiscopus Taurinensis, edidit de Venerabilis Bosco fide et mystica unione cum Deo. « Io ricordo e ri-
« corderò sempre — narrat E.mus Testis in proc. ap.
« — l'ultima visita che questo Cardinale fece a D. Bo-
« sco infermo sul finire del 1887 dovendo recarsi a Ro-
« ma. Fui presente a quella visita. D. Bosco racco-
« mandò al Cardinale, tenendo in mano il suo berret-
« tino da notte, e cogli occhi pieni di lagrime, di pre-
« gare per la salvezza dell'anima sua, e poi, accenden-
« dosi tutto il suo volto, aggiunse, come ho detto e co-
« me egli aveva già detto anche a me, di dire al Papa
« che l'opera sua era e sarebbe stata, al pari della sua
« vita, tutta per la difesa dell'autorità del Vicario di
« Gesù Cristo. L'Alimonda rimase stupito nel ve-
« derlo così tranquillo di spirito, così imperturbabile
« nei dolori della malattia e così pieno del pensiero di
« Dio, e nell'uscire si volse a me e disse: Don Bosco
« è sempre con Dio, è *l'unione intima con Dio* » (3).

71. — Quanta esset Ven. Ioannis Bosco cum Deo coniunctio arguisset satis qui eumdem preces fundentem deprehendisset. « Al vederlo pregare — ait Te-
« stis Enria proc. ord. — pareva un santo, un sera-

(1) Summ. pag. 328 § 6, 7.
(2) Summ. pag. 429, 430 § 440.
(3) Summ. pag. 399, 400 § 315-317.

« fino; nulla di affettato nel suo atteggiamento, in gi-
« nocchio stava ritto sulla persona colle mani giunte, « colla testa leggermente china, aveva un'aria sorri-« dente ». Ac praesertim dum sacro operabatur adorabundi hominis compositio adstantium summam admirationem excitabat. « Aveva un contegno digni-« toso — idem Testis prosequitur — senza affettazio-« ne pronunziava bene e chiare le parole; all'eleva-« zione poi si vedeva Don Bosco in tutta la sua san-« tità. Con che fede adorava Gesù Sacramentato! « Alle volte il suo volto cambiava colore, tant'era « l'amore che portava a Gesù. Io credo che in quei « momenti sublimi il cuore di D. Bosco fosse così u-« nito al cuore di Gesù da formarne uno solo » (1). Nonnunquam in ecstasim raptus inter sacra apparuit; alias conspectus est « spargere lagrime da re-« starne bagnato il corporale » ut refert Testis Rua qui loquitur etiam « di una specie di santo tremore, « da cui veniva sorpreso nel momento solenne della « Consacrazione » (2). Quid mirum quod populus adcurreret « per rimanere edificato nel vederlo cele-« brare (3); et interdum praesignes viri « vedendo « qualche Salesiano a celebrarla con tutta devozione, « credettero vedere Don Bosco, tanta era la persua-« sione invalsa della sua abituale divozione nel ce-« lèbrarla » (4).

72. — Summae quoque venerationis in Christum eucharisca specie velatum locupletissima documenta praebuit. Argumentum istud fuse illustrat, inter alios testes, R. D. Michael Rua, iuxta quem fides et pietas Ven. Dei Famuli « apparvero specialmente « verso la Santissima Eucaristia ». Namque « fin da « giovane e specialmente da chierico era desiderosis-« simo di accostarsi frequentemente alla Sacra Mensa. Nei suoi proponimenti per l'ordinazione sacer-« dotale pose come una delle pratiche particolari non « solo la celebrazione divota della Santa Messa, ma « eziandio la visita al Santissimo Sacramento ». Ante SS. Sacramentum diu et libenter stabat, et sacerdotes monebat « di trattenersi volentieri davanti al « Santissimo Sacramento a dire il Breviario, quando « si può, di preferenza in Chiesa, appunto per tener « compagnia a Gesù Sacramentato ». Frequentem communionem suis alumnis commendabat et promovebat, quod ut facilius praestarent « non ricusava « di rimanere molte ore in confessionario, anche con « pericolo di sua salute ». Augustum Sacramentum visitare ipse adamabat, utque sui sodales et alumni visitarent, insistebat: « Nei viaggi o visite alle sue « case, per quanto poteva la prima visita era per Gesù « Sacramentato, andandovi anche nei giorni seguen-« ti, e restandovi con tutta devozione ed edificazione « di chi lo accompagnava » (1).

(1) Summ. pag. 453 § 562, 563.
(2) Summ. pag. 333 § 26, 27.
(3) Summ. pag. 332 § 22.
(4) Summ. pag. 337 § 45.



« dottò fin da principio un metodo così detto preventivo; faceva conoscere le prescrizioni della Casa ed intanto sorvegliava in tal modo i giovani da metterli quasi nell'impossibilità di commettere mancanze e disordini » (1). Ad huiusmodi methodum pertinebant iuxta E.mum Cagliero, « frequenza dei SS. Sacramenti, assistenza sollecita e paterna nei laboratori, nelle scuole, ricreazioni, e nelle pratiche di chiesa; dolcezza carità e pazienza coi giovani, e prevenire più che reprimere il male; convincere i colpevoli con sante ammonizioni, più che con severe repressioni, non umiliarli, ma procurare che si umiliino essi stessi » (2). Ipse Ven. Dei Famulus methodum ita declarabat: « Ricordatevi bene, ci diceva, che i ragazzi mancano più per vivacità che per malizia; più per non essere bene assistiti, che per cattiveria. Bisogna trovarsi con loro, prender parte ai loro giuochi, assisterli attentamente senza aver l'aria di farlo, metterli insomma nell'impossibilità morale di peccare ». Id refert Testis Cerruti. « La massima odierna *reprimere non prevenire* voleva che fosse assolutamente bandita dalle sue Case » (3).

130. — Opportunae autem industriae assiduae huic vigilantiae adduntur, quibus Ven. Dei Famulus, dum malum impedit, virtutem fovet, et ad perfectionis semitam iuvenes gradatim conducit. Hoc quidem intentu Societatum seriem in ipso Oratorio instituerat: Sancti Aloysii cui ii qui studiis vacarent, Sancti Ioseph cui artifices nomen darent (4). Ex iis, pro cuiusque meritis, ad Societatem SS.mi Sacramenti promovebantur, cui qui essent adscripti sacras supplicationes participabant. Haec Sodalitia excipiebat Societas Beatae Mariae Virginis labis nesciae « composta — docet Testis Dalmazzo — di chierici e

(1) Summ. pag. 167 § 168.
(2) Summ. pag. 716 § 161.
(3) Summ. pag. 718 § 170.
(4) Summ. pag. 167 § 169.



« giovani scelti, i quali, animati dallo spirito del Servo di Dio e sparsi nella moltitudine dei giovan, col'esempo, colle buone parole, e senza punto dar nell'occhio, diventavano l'anima, lo spirito di docilità, di pace e di ordine in mezzo a quella rumorosa e gioviale turba giovanile » (1). Neminem fugit huiusmodi sodalitii institutionem illi apostolatus officio omnino congruere quod singulos catholicos pro sua quemque conditione ac viribus tenet, quod autem haec nostra aetas novis argumentis confirmare videtur. Apostolatus quidem alius est praedicationis, alius exempli; ad hunc omnes, qua christifideles, vocamur. Sodalitium itaque Beatae Mariae Virginis labis nesciae iuvenes Oratorii in apostolos convertebat. Puerorum autem ingenia optime noscens, Ioannes recreationibus, uti educationis medio, utebatur, quas occupationibus apte interserebat; suosque alumnos, uti iam vidimus, festivos semper esse volebat, et ad strepitus, tumultus, clamores incitabat, dummodo integri vitae essent. Nil mirum quod istiusmodi methodo, quam Testis Francesia *methodum charitatis* congruenter appellat (2), Ven. Ioannes Bosco in Oratorio et in Hospitio moderando punitionibus fere abstinuerit, suasione magis quam imperio usus (3).

131. — Intima vero huiusce methodi substantia pietas erat quam Ven. Ioannes Bosco verbo et exemplo in alumnis fovebat: « L'anima poi della nostra vita nell'Oratorio — notat R. D. Ballesio, Testis X proc. ord. — il freno dal male, l'eccitamento al bene, la giocondità, la bellezza, la soddisfazione nostra e l'ordine della Casa, la nostra riuscita nello studio e nel lavoro, tutto nasceva dalla pietà razionale, intima e fervorosa, che il Servo di Dio col suo esempio, colle prediche, colla frequenza dei Sacramenti (a quei tempi quasi nuova), e coi suoi

(1) Summ. pag. 195 § 297.
(2) Summ. pag. 250 § 543.
(3) Summ. pag. 707 § 129.

« discorsi, con certi racconti vivi ed edificanti, con
« certe sue parole, cenni e sguardi, che dissipavano
« le tenebre, le ansietà di spirito, inondavano l'ani-
« ma di gioia, ed infervoravano all'amore della virtù
« e del sacrificio » (1).

132. — Hoc spiritu, his methodis et artibus, hoc demum magistro et moderatore, uberrimi quin perciperentur fructus fieri non poterat. Et quidem, « frutto di questo sistema paterno fu che gli Oratorii « in breve tempo rigurgitavano di giovani e di adulti, « fu visibile il progresso religioso e morale, i Sacra- « menti erano assai frequentati, la maggior parte vi « si accostava ogni Domenica; al punto che molti pa- « droni di laboratorii della città, visto il buon esito dei « giovani che Don Bosco loro mandava per imparare « un mestiere, andavano per raccomandarsi a lui per « averne altri » (2). Hoc spiritu, his methodis et artibus, qui *i biricchini di D. Bosco* vulgo appellabantur, optimi cives evasere; quos inter plures adnumerantur qui tum civilibus ac publicis, tum militaribus sacrisve rebus addicti, virtute ac religione optimum institutoribus suis testimonium reddidere (3). Hoc demum spiritu, his methodis et artibus, effrenes etiam adolescentes in pios et suaves alumnos. et nonnulli in salesianos sacerdotes conversi sunt (4).

133. — Rectum Ven. Dei Famuli consilium patuit etiam in praesulum quos Salesianis institutis praeficeret delectu: ea enim sagacitate utebatur ut semper sibi quisque collato muneri par ostenderetur; cuius sagacitatis exhibet Summarium, inter alia, testimonium Servi Dei Leonardi Murialdo, V Testis proc. ord., cuius Causa apud S. H. O. nuper introducta est: « Don Bosco — ita dignissimus tanti viri Testis — dimostrò d'aver gran prudenza, p. es. nel- « la scelta degli individui da preporre alla direzione « delle varie Case e Collegi che apriva, ed il fatto sem- « pre dimostrò che ogni cosa riusciva ottimamente; « appoggiandosi a criterii che non erano noti agli al- « tri, e non secondo la prudenza umana, a lui inspirati « da motivi superiori e dalla sua fiducia in Dio » (1). Rectum eius consilium patuit etiam in modo quem tenebat si quem ex consodalibus monere debuisset, nam animadversiones nonnisi privatim et omni sedata commotione faciebat, hortativis additis verbis, et cuiusvis culpae abiecta statim memoria; si quem autem ex uno in alium locum vel munus transmutare in poenam debuisset, tanta cautela rem gerebat, ut omnem illius famae haberet rationem (2). Postremo rectum Ven. Dei Famuli consilium satis ostendit cura qua cavebat ne res statuendas praecipitaret, cum enim quid grave decernere oporteret, rem attento animo perpendebat, et a gnaris viris ac Societatis senioribus quid sentirent exquirebat (3). Tamen etiamsi humana auxilia non despexisset, in divinis omnem fiduciam collocaverat, divina prae aliis quaerebat; quare nil grave aggrediebatur, quin precibus, tum suis ipsius, tum alienis, Consilii donum a Spiritu Sancto invocasset (4).

134. — Nunc ad alterum veniamus prudentiae officium, quod in recte iudicando consistit. Splendidissimum sane recti Ven. Dei Famuli iudicii extat documentum congruus suorum temporum intellectus. Nam, si heroicae fuit fidei et spei actus religiosum instituisse sodalitium illis Ecclesiae difficillimis temporibus quae religiosorum Ordinum per legem eversionem viderant, instituisse autem ea in urbe ubi lex eversionis fuerat lata; pertinet vero ad prudentiae virtutem ratio qua audax susceptum implevit, ea nempe lege ut sodales publice civium omnibus

(1) Summ. pag. 707 § 131.
(2) Summ. pag. 209 § 372.
(3) Summ. pag. 246 § 524.
(4) Summ. pag. 721, 722 § 180, 181.



(1) Summ. pag. 712 § 149.
(2) Summ. pag. 701, 702 § 105-107.
(3) Summ. pag. 674 § 8; pag. 714 § 154.
(4) Summ. pag. 674 § 7.

iuribus uterentur, conscientia vero vinculis religiosis adstringerentur, ita ut civilium legum in religiosos ordines vitaret effectus. Nec diverso opportunitatis sensu curavit ut qui ex Salesianis sodalibus adolescentum eruditioni darent operam diplomata in regio athenaeo acquirerent quae eis docendi facultatem recognoscerent, iuniores autem laurea donarentur, ne prohiberentur quominus scholas gererent. Istiusmodi autem fuit consilii auctor pluribus episcopis et familiarum religiosarum praesulibus, ne e magisterii munere clerus et religiosi viri omnino excluderentur. Demum, ut de aliis sileamus quae prostant in Summario, monimentum prudentiae qua nova tempora consideravit, extat Opus quod ecclesiasticis vocationibus promovendis instituit, uti alibi narravimus (1).

135. — Recti Ven. Dei Famuli iudicii argumentum praebuerunt contradictiones quae illum eiusque opera affecerunt: nam adversarios ea semper habuit ratione ut sibi conciliaret. Temporibus autem factiosis inimicos christiani nominis omni persequendi praetextu privavit cum numquam tulisset se, Oratorium, Sodalitium suum rebus politicis immisceri (2). Suis commendabat ut, si quae difficultates sibi a civilibus magistratibus obvenissent, per se, non per litteras, cum eis tractarent, « poichè — aiebat — la « spiegazione personale delle vostre intenzioni buone « diminuisce assai, e spesso fa scomparire le sinistre « idee, che nella mente di taluni possono essersi for« mate. Questo modo di fare è assai conciliante, e ben « mate. Questo modo di fare è assai conciliante, e ben « sovente rende benevoli gli avversarii. E ciò non « è altro che quanto raccomanda lo Spirito Santo: « *Responsio mollis frangit iram* (3). His congruenter suos volebat a discussionibus cum adversariis in Salesiana ephemeride omnino abstinere (1).

(1) Summ. pag. 718 § 169.
(2) Summ. pag. 686 § 48, 49; pag. 694 § 79; pag. 703 § 111, 112.
(3) Summ. pag. 716 § 162.
(4) Summ. pag. 725 § 189.



136. — Fama de Ioannis Bosco sublimi prudentia rectoque iudicio longe lateque diffusa est, atque adeo percrebuit, ut ei implexiores enodandae remitterentur quaestiones. Ac in primis testimonium de eius prudentia tulerunt Pontifex atque italici praesules qui « nella rottura delle relazioni diplomatiche, « si rivolsero a lui specialmente per la nomina dei « Vescovi alle sedi vacanti e nella questione delle « temporalità ai Vescovi preconizzati. Egli si accin« se di buon grado all'opera e colla sua prudenza « riuscì a far dare a sessanta e più Diocesi vacanti ot« timi pastori, e nell'affare delle temporalità propo« se ed ottenne che venisse adottata una formola, che « da una parte salvava la dignità della S. Sede, e « dall'altra parte venisse pure accettata dal Governo, « come fu difatti » (1). Vix credi potest quam multi, tum humiles, tum perinsignes viri, nec non principes et reges, qui in dubiis negotiis etiam temporalibus versarentur, ipse Pontifex, ab eo consilia petierint, eum adiverint consulturi ecquid facto opus fuisset; quibus Ioannes quid potissimum agerent praecipiebat. *Vir a consiliis* appellabatur, et Servus Dei Leonardus Murialdi prudentiam eius ita laudabat: « Beati voi — aiebat alloquens Testem Rua — che « avete ogni comodità di entrare quando volete in « quella cameretta dove si lascia ogni pena ed ogni « dubbio » (2).

137. — Tertium itaque libavimus prudentiae officium quod in recte praecipiendo versatur. Istud cum omnibus, at maxime cum suis adolescentulis, exercuit, ad quod meminisse sit satis neminem unquam consilii accepti poenituisse; praeter quam si morem sibi gerere quam Ven. Dei Famulo maluisset (3). In vitae ratione deligenda iuvenibus consilia-

(1) Summ. pag. 704 § 116.
(2) Summ. pag. 692 § 73; pag. 695 § 81-84; pag. 708 § 134, 135.
(3) Summ. pag. 675 § 9, 10; pag. 681 § 32.

tor fuit sapientissimus: multis qui sacerdotium spirabant ut diversum statum inirent suasit; multis vero qui clericalem vitam minime cogitabant, auctor fuit ut sacris initiarentur. Exitus praevisiones Ioannis firmavit semper (1).

138. — Planum est campum in quo officium istud maxime exercuit fuisse poenitentiae tribunal; mirifice sane, siquidem « il suo modo di « comportarsi coi penitenti — docet Testis Pi« scetta proc. apost. — era mirabilmente adatto « ad ispirare confidenza e a diminuire quella ri« pugnanza che provano gli uomini a svelare le « proprie colpe. Anzichè la severità del giudice « egli rappresentava la bontà e indulgenza del padre, « non senza però ispirare con poche ma efficaci pa« role un salutare orrore al peccato » (2). — Plurimi hinc ad eum adcurrebant ut peccata sua confiterentur: « Pareva che il Servo di Dio — notat ad rem Testis Rua in proc. ap. — avesse quasi una cala« mita, per attirare i giovani al suo confessionale. « Quando andava a confessare al Collegio dei Fra« telli delle Scuole Cristiane, se si sapeva che ci fosse « D. Bosco fra gli altri chiamati per il giorno delle « confessioni, ben poco restava a fare agli altri con« fessori ». Nec diverse in Oratorio, ubi « sia gli in« terni che gli esterni in generale preferivano an« darsi a confessare da lui, attratti dall'affetto e dalla « persuasione dell'amore che il Servo di Dio per loro « nutriva ». Methodi vero Ioannis Bosco in confessionibus excipiendis excellentiam probant fructus uberrimi, nam « ebbi campo — notat idem Testis — « anche a constatare quanto progredissero nelle virtù « coloro che continuavano per un tempo considere« vole a confessarsi da lui » adeo ut concludat Testis: « Ben si può dire che il Tribunale di Penitenza fu il

(1) Summ. pag. 675 § 11, 12; pag. 686 § 50, 51; pag. 725 § 187.
(2) Summ. pag. 687.



« campo in cui il Ven. potè raccogliere più abbon« danti frutti » (1).

139. — Prudentia qua Ven. Ioannes Bosco enituit fuit omnino prudentia spiritus. Interdum eius sententia et consilium hominum rationibus contraria penitus videbantur; quum vero prospero probarentur successu, nemo iam erat quin eius consiliis aut iussis adcquiesceret, eam pernoscens prudentiam quae non est secundum carnem (2). Ad rem lubet tertio inducere testimonium Servi Dei Leonardi Murialdi: « Umanamente parlando, nell'intraprendi« mento delle sue tante opere si sarebbe dovuto dire « che egli non si appoggiava per nulla alla prudenza, « ma invece i fatti sempre dimostrarono che le sue « intraprese ottennero il loro effetto pieno, appunto « perchè la sua prudenza era non già umana, ma pru« denza secondo le viste di Dio » (3).

140. — Demum in Ven. Ioanne Bosco prudentiam mira simplicitas perfecit. Candidior ipse pectore, sinceritatem adolescentulis inculcabat ac simulationis horrorem; adulationis omnino expers, optimates et plebeios, principes ipsos et regni administros, pari humanitate habebat, eisque pari cum libertate animum suum aperiebat; aequalis semper erga omnes omni tempore. Nil unquam quod sincerum et simplex non esset animo illius insedit qui, iuxta Evangelii consilium, columbae simplicitatem serpentis prudentiae optime adiecit (4).

## De heroica iustitia.

141. — Heroicae quoque iustitiae laudem Ven. Dei Famulus meretur, cum, unanimi testium voce, religiose praestiterit omnia officia quae Deo, quae his quibuscum vivimus, quae ipsi nobis debemus.

(1) Summ. pag. 676, 677 § 13-17.
(2) Summ. pag. 678 § 22, 23.
(3) Summ. pag. 712 § 149.
(4) Summ. pag. 704 § 117, 119; pag. 705 § 121; pag. 713 § 150-152.

Quam vere ac recte id testes asserant videbimus brevi examine studii et solicitudinis quibus Ioannes eas iustitiae partes, quas vocant potentiales, implevit, quibus generalia huius virtutis praecepta, alterum non laedendi et suum cuique tribuendi, continentur. De religione vero quae prima occurrit ex partibus potentialibus alibi actum est; itaque a pietate principium.

142. — Ac in primis liquido patet Ven. Ioannem Bosco de patria optime fuisse meritum operibus et institutis quibus italorum sobolem in christianos sensus et mores formavit, qui sunt civilium virtutum fundamentum. Accedit avitae fidei strenua vindicatio qua patrimonium istud pretiosissimum patriae servavit. Accedunt quoque sacrae expeditiones in Americam quarum opera ab italis innumeris illuc migratis religio servatur, italica autem iuventus iis artibus formatur quae ad humanitatem pertinent in scholis ubi noster italus sermo docetur. Ita Ioannes Bosco dum religionis solatium ac munimen tot miseris servabat, eorumdem in cordibus aluit desiderium patriae quam moestissimo ore eo die salutarunt quo, laetiores quidem hominibus omni ope expertibus, at non cariores terras petierunt; eodemque tempore italorum humanitatem in omnes americanae ditionis partes extendit. Ad parentes autem quod pertinet, cum trimulus fuerit patre orbatus matrem omnibus curis quae amantis filii sunt prosecutus est; eidem solatio atque auxilio fuit, deque ea « anche in tarda « età parlava con tenerezza, con figliale rispetto, non « senza una certa emozione del cuore » (1); fratrem autem maxime cordi habuit, eiusque filiorum educationem curavit (2).

143. — Observantiae et obedientiae erga principes tum ecclesiasticos tum laicos, et in primis erga Romanum Pontificem, cultor religiosissimus, documenta perspicua reverentiae qua Episcopos ob celsitudinem dignitatis et praestantiam sacerdotii prosequutus est, in ipsis notis dissensionibus praebuit quas habuit cum Exc.mo Gastaldi Archiepiscopo Taurinensi, et quas, fusis testimoniis in Summario illustratas (1), si exponere vellemus, nimis longo sermone opus esset. Docet Testis Rua Ven. Dei Famulum ne verbum quidem in Antistitem protulisse; contra, eidem quantum poterat morem gerere studuisse: « In mezzo a così gravi tribolazioni e contrad« dizioni — ait Testis — Don Bosco non fu mai udito « a dire una parola meno rispettosa verso il suo supe« riore l'Arcivescovo. Anzi cercava di accontentare « quanto meglio poteva il medesimo, in quanto non « ledeva i diritti accordati dalla S. Sede e dal diritto « canonico. Così, a modo d'esempio, per compiacer« lo, mentre già cominciavano le differenze, accettò « la Direzione del Collegio di Valsalice, destinato al« l'educazione di giovani di civil condizione » (2).

(1) Summ. pag. 765 § 102.
(2) Summ. pag. 773 § 132.



144. — Huiusmodi dissensiones Ioannem ad lacrymas usque pungebant; et tamen non suam tristitiam, se bonum quod contentiones praepedirent, dolebat: « Si vedeva che il Servo di Dio soffriva, e « qualche volta l'ho visto piangere per la pena che « provava nel trovarsi in urto col suo superiore, con « cui avrebbe desiderato conservare la più perfetta « armonia, aiutandosi a vicenda a lavorare per la « maggior gloria di Dio. Talvolta lo sentii pure escla« mare: Ci sarebbe tanto bene da fare, e resto così « disturbato da non poterlo lare! » (3).

145. — Ab obsequio Antistiti debito ne horae quidem momento recessit; quin immo reverentiae ac amoris signa augere visus est; necnon conspicua generositatis et charitatis argumenta praebuit: « Nella

(1) Summ. pag. 176-184 § 220-249; pag. 218-230 § 415-462; pag. 290-297 § 676-700; pag. 297-303 § 701-719.
(2) Summ. pag. 295, 296 § 696, 697.
(3) Summ. pag. 296 § 698.

« sua difesa — prosequitur Testis Rua — non lasciò « mai trapelare alcuna animosità : solo cercava di di- « fendere i proprii diritti e quelli della sua Congre- « gazione, e di poter continuare a fare il bene a cui « la Divina Provvidenza con tanta evidenza lo chia- « mava. Malgrado queste opposizioni, egli non trala- « sciò di amare, rispettare e, per quanto poteva, aiu- « tare l'Arcivescovo. In ogni circostanza in cui fosse « richiesto di porgere aiuto ai parroci della Diocesi, « sempre vi si prestò con ogni sollecitudine. Anzi « fuvvi circostanza in cui, per una eredità, l'Arcive- « scovo fu in grave pericolo d'esser citato davanti ai « tribunali. D. Bosco, come seppe la cosa, si interes- « sò con tutta carità presso i parenti del defunto, e- « redi legittimi, per impedire la lite, come infatti vi « riuscì felicemente, anche senza nessun compenso « da darsi loro. Pendente la causa, D. Bosco conti- « nuava a pregarlo ogni qual volta aveva bisogno del « suo episcopale ministero, e aderendovi l'Arcive- « scovo, si adoperava a fargli le migliori accoglienze « che gli fossero possibili, senza mai in tali circostan- « ze uscire in alcuna espressione che potesse meno- « mamente offendere l'Arcivescovo, o mostrare sen- « timenti di freddezza verso di lui. Parimenti non « tralasciò mai di ubbidire a tutti i suoi cenni colla « maggior prontezza » (1). Causa perpensa, quae omnis in quaestionibus iuridicialibus versabatur, rationem pro Ven. Dei Famulo pugnare iam cognitum erat quum Leo XIII, ne Antistitis auctoritas minueretur, de re componenda cogitavit, aiens : « Don Bosco è un « *santo,* e non avrà difficoltà ad assecondare i desi- « deri del S. Padre » (2). Quo animo Ioannes Bosco huiusmodi compositionem excepit? « Quando il Ven. « mi confidò queste notizie, — ait Comitissa Laurentia Mazè de la Roche, Testis XIV proc. ap. — « lo vidi tutto pieno di gioia, perchè tutto era appia-

(1) Summ. pag. 296, 297 § 699, 700.
(2) Summ. pag. 295 § 694.



« nato » (1). Ita Ven. Dei Famulus mire conciliavit ius defensionis, non sui quidem, sed Operum quae ad Dei gloriam et animarum salutem instituerat, cum obsequio et reverentia quae Ecclesiae Praesulibus debetur.

146. — Reverentiam qua ceteros ecclesiasticos praesules coluit, ita describit Testis Dalmazzo : « ... destava compassione il vederlo già vecchio e ma- « laticcio inginocchiarsi a stento dinanzi a loro per « baciar loro l'anello e implorar la loro benedizione, « A loro ricorreva umilmente per aver consigli e si « stimava sempre onoratissimo, quando si degnava- « no venirci a visitare all'Oratorio, od in altre Case, « offrendo loro la più cordiale ospitalità, disponendo « che al loro ingresso avesse la banda musicale ad in- « contrarli » (2). Ipsi Servi Dei alumni qui episcopalis potestatis celsitudinem attigissent illius reverentiam erga dignitatis ipsorum praestantiam experti sunt, uti edocet E.mus Cagliero, unus ex Ioannis alumnis episcopali dignitate magistro adhuc vivente insignitis; qui, postquam retulit Episcopos in exilium pulsos fuisse a Ven. Dei Famulo hospitio exceptos, prosequitur : « In verso di me stesso, dopo la sa- « cra consecrazione, D. Bosco usava gli stessi riguar- « di che agli altri Vescovi, mi baciava il sacro anello « o la mano, e mi dava la preferenza dovuta al carattere « episcopale » (3). Observantissime habuit etiam sacerdotes in minoribus dignitatibus constitutos, ac in primis proprium parochum, cuius in ecclesiam suos iuvenes et clericos mittere qui catechesim edocerent semper habuit in more (4). Erga civiles moderatores praeceptum Evangelii praepositis obediendi servavit ipse primus, et aliis inculcavit, observantiae significationes praepositis deferens conspicuas (5).

(1) Summ. pag. 748 § 44.
(2) Summ. pag. 764, 765 § 99.
(3) Summ. pag. 768 § 113, 114, 115.
(4) Summ. pag. 773 § 133.
(5) Summ. pag. 767, 768 § 111, 112.

147. — Gratum se professus est semper, tum in supremum bonorum omnium largitorem Deum, cui omnia quae per se fierent referebat, tum in Virginem Deiparam et Sanctos (1). Gratum se praebuit etiam in homines a quibus beneficia accepisset: vel minimi servitii aut comitatis officii in se collati usque memor, aequales suos quos in pueritia erat sibi officiosos expertus, hospitio habere, eorumque servitia palam recolere carum habebat; gratias habuit maximas Cooperatoribus Salesianis et quotidianas pro eis preces instituit; benefacientes peculiaribus servitiis et officiis rependebat, etsi sibi suisque incommodis (2), si qui autem facultatibus laberentur, Servus Dei munificentissimum sese erga illos praebuit (3).

148. — Prostant in Summario de singulis iustitiae potentialibus partibus insignia testimonia. An de vindicatione inquiris? Eum testes describunt acerrimum peccati osorem, ab obtrectationibus alienum, easque quantum poterat impedientem, et referunt illius effatum: « Del prossimo o parlare bene o tacere af- « fatto » (4). An de veracitate, amicitia et affabilitate? Eius veracitatem novimus quum de simplicitate in capite superiore actum est; amicitiam vero et affabilitatem quod spectat, edocemur a testibus qua familiaritate cum veteribus condiscipulis usus semper sit, quos hospitio lubentissimo animo excipiebat, et saepius pro necessitate subsidio donabat (5). An de liberalitate? Quae de charitate diximus satis superque docent.

149. — Nonnihil immoremur opus est ubi strictius locuti iustitiam ponimus, idest in iustitiae distributivae et commutativae, quam nuncupant, exercitio. Ac primus occurrit scrupulus quo creditoribus contractum aes dissolvit. Rei conspicuum praebet ar-

(1) Summ. pag. 727, 728 § 3.
(2) Summ. pag. 729 § 7; pag. 765 § 105; pag. 752 § 55; pag. 770 § 121.
(3) Summ. pag. 774, 775 § 135.
(4) Summ. pag. 766, 767, § 108; pag. 775 § 136.
(5) Summ. pag. 730 § 9; pag. 766 § 107.
(6) Summ. pag. 758 § 71.



gumentum fiducia quam in Ioanne Bosco susceptores et provisores posuerant, qui ei merces vendebant aut opera faciebant solutione dilata. Vel ipsi iudaei, eius verbis omnino fisi, libentissime cum eo contractus inibant (1). « Se avessimo altri di cui fossimo sicuri « come di lei! — aiebant creditores — Si tarderà e pa- « zienza, ma siamo sicuri di essere pagati » (2). Refert Testis II testimonium Caroli Buzzetti, qui plura aedificia Servi Dei suscepit extruenda: « Una pa- « rola di D. Bosco per me vale più d'una cambia- « le » (3). Lege quae Testis Dalmazzo narrat: « Noto « a questo riguardo come la stessa Banca Nazionale « di Roma gli cedesse il terreno per il prolungamen- « to della Chiesa del S. Cuore e l'Ospizio annesso, « con pagamenti a lunghe more; anzi vedendo co- « me io avevo procura generale a nome suo, mi diede « per lo spazio di sette anni somme cospicue con sem- « plice ricevuta senza ipoteca. Arrivò a darmi la som- « ma di lire ottantamila, dicendo il Direttore: Si trat- « ta di D. Bosco che ha la Provvidenza a sua dispo- « sizione, non ci fa perdere » (4).

150. — Exacta vero eius diligentia in aere contracto solvendo satis superque explanatur a Teste Barberis: « Io mi ricordo d'averlo udito più volte a « parlare con D. Rua, allora Prefetto della Congre- « gazione, e farsi rendere conto preciso dello stato fi- « nanziario e specialmente dei debiti che aveano, e « dirgli di stare attento, affinchè tutto si pagasse sem- « pre a tempo stabilito, che nessuno ci avesse a per- « dere menomamente. Altre volte udii D. Bosco a « spingere D. Rua a pagare prontamente un debito « che era scaduto, e facendo quegli delle osservazio- « ni, che cioè quel po' di danaro che si aveva, l'ave- « va conservato per estinguere altro debito più gra- « ve, che scadeva dopo un certo tempo, D. Bosco sog-

(1) Summ. pag. 758 § 71.
(2) Summ. pag. 767 § 109.
(3) Summ. pag. 758 § 70.
(4) Summ pag. 767 § 109, 110.

« giunse : Cominciamo a pagare questo che è scaduto, « per questo corre già l'obbligo, per l'altro abbiamo « ancora una settimana di tempo. Io uscirò a cercare, scriverò lettere, e spero che a tempo opportuno il Signore manderà l'occorrente. L'importante « si è che questo primo non abbia da soffrire » (1).

151. — Referre hic iuvat consilia quae salesianis moderatoribus et curatoribus scripta reliquit quoad rationem qua tum in spiritualibus, tum in temporalibus se gererent : « In caso di questioni materiali ac« condiscendete in tutto quello che potete, anche a « costo di qualche danno, purchè si conservi la carità. « Se poi trattasi di cose spirituali, le questioni risol« vansi sempre, come possono tornare di maggiore « gloria di Dio. Impegni, puntigli, spirito di vendet« ta, amor proprio, ragioni, pretensioni, ed anche l'o« nore tutto devesi sacrificare in questo caso » (2). Quibus verbis id reassumitur quod in universa vita re et exemplo praedicaverat. Nam facilitatem et indulgentiam illius in oeconomicis negotiis ostendit horror litium, qui eius animo insidebat, ita ut nonnisi pro suis tutandis operibus tribunalia adiverit. Quum autem lites instaurabat, ratio pro eo pugnabat semper; et si quam causam amisit, ob solemnitatum iuris defectum amisit, non quod iniuste contenderet (3).

152. — Divitiarum, quae sibi ex Dei providentia atque hominum liberalitate affluerent, se nonnisi distributorem reputans, ut eas summa aequitate impenderet attentissime vigilabat. Itaque tantum pauperes gratis in Oratorium excipiebat, dum ab aliis exigebat pretium; cum iustum non videretur qui pauper non esset tamquam pauper haberi. Eadem de causa a propinquis suis locupletandis severissime abstinuit, et multis ante obitum annis testamentum fe-

(1) Summ. pag. 778 § 148.
(2) Summ. pag. 758 § 72.
(3) Summ. pag. 758 § 74, 75.



cit, ne pecunia quae ex eleemosynis penes se esset, in propinquorum manus veniret (1). Finem igitur dicendi de iustitia facere possumus, id iure nobis sumentes quod E.mus Cagliero asserit : nempe Ven. Ioannem Bosco exercuisse « gli atti di giustizia verso « Dio e verso il prossimo con tale frequenza e pron« tezza d'animo da mettere fuori di dubbio che la pos« sedeva in grado perfetto ed eroico » (2).

## De heroica fortitudine

153. — De Ven. Dei Famuli fortitudine amplissimum testimonium communi consensione praebuerunt homines opinionibus et sensibus inter se dissimillimi, quos, de Ioannis Bosco finibus quidquid sentirent, fugere haud poterant res vehementer arduae plenaeque laborum et periculorum quas magno animo aggressus est, alacri ad exitum perduxit, pro divina gloria et animarum salute, nullo fractus metu, nulla aversus cupiditate, internas et externas difficultates invicto superans animo. Quid memoremus, una cum testibus fortitudinem Ven. Dei Famuli ex mirabili perseverantia argumentantibus, quid memoremus innumeras difficultates, quas maximas offendit in suis persequendis operibus, quae vero Ioannem quin ab inceptis deterrerent, animum ipsi adaugere videbantur? Quid memoremus Ven. Ioannem puerum obstacula vocationi suae ad sacerdotium obiecta superantem; sacerdotem, in Oratorii initiis, huc illuc cum suis adolescentulis errantem, quaerentem tectum quo se recipiant, eumdemque magistratibus civilibus in suspicionem ductum, a sodalibus desertum, ab amicis mente captum habitum; tot laboribus et angustiis in morbum coniectum, ad extrema redactum, et, vix convalescit, ad suetos labores redeuntem; in haereticos certamen congredientem, illorum neglectis minis et in suam ipsius vitam insidiis; dum acriores saeviunt

(1) Summ. pag. 764 § 97; pag. 776 § 141, 142.
(2) Summ. pag. 769 § 118.

persecutiones novas domus aperientem; opum expertem, de Oratoriis augendis et domibus templisque aedificandis cogitantem et agentem, Deo unice fisum?

154. — Quid pariter memoremus, ad Ioannis constantem et patientem operositatem ostendendam, quae disseruimus quum de suimet in eo heroica negatione actum est in capite de charitate erga proximos? Satis sit, potius ne vacuum hoc caput relinquamus quam ut novi aliquid Patres consultissimos edoceamus, satis sit haec legere quae Testis Ballesio refert: « Fu attestato dai medici che ebbero ad assi« sterlo nelle infermità degli ultimi suoi anni, che le « fatiche sopportate, le violenze fatte a se stesso dal « Servo di Dio, dovettero essere tali che ne rimase « addirittura consumata la fortissima sua fibra e « costituzione. Fu dai medesimi dichiarato che il « Servo di Dio aveva un corpo così affranto e logo« ro, da rendere inesplicabile alla scienza come egli « potesse vivere e tirare innanzi nelle sue occupazio« ni. Al vederlo seduto, tanto faceva *la sua figura*, « l'energia dell'anima si rispecchiava nella sua fac« cia, nello sguardo vivo e benigno e nella parola « che sempre coloriva il suo pensiero. Ma al vederlo « camminare, per noi specialmente, memori di altri « tempi, era una pena, uno strazio al cuore. Negli « ultimi anni camminava chino e colle braccia stese « in alto, che generalmente erano sostenute dai pie« tosi suoi figli. E ciò per avere il necessario respiro. « Ebbene, con tanti acciacchi il Servo di Dio stava « su, si tratteneva coi suoi figliuoli, si informava dai « suoi collaboratori dell'andamento delle cose, e da« va consigli e gli ordini del governo e delle molte« plici sue Case sparse nei due mondi » (1). Quis non conveniet in sententiam iam citati Combal, clarissimi medici: « Se ne raccontino pure cose meravi« gliose di D. Bosco: per me il più grande mi« racolo si è che egli viva ancora, mentre è così « distrutto » (2).

(1) Summ. pag. 812 § 104-106.
(2) Summ. pag. 809 § 91, 92.



155. — Eadem ac in physicis malis sustinendis, emicuit Ven. Dei Famulus patientia in ephemeridum maledictis et calumniis et adversariorum iniuriis ferendis (1); quae pluris sunt facienda cum fervidi animi virum naturaeque iracundae dicant testes fuisse Ioannem, diurno multoque labore edomitum (2). Inter huiusmodi fortitudinis fructus animi illa perpetua tranquillitas est recensenda, vultusque serenitas, de qua fusior fuit sermo quum de spe heroica egimus. Illius sane nullum est validius documentum quam quod refert Testis Berto in proc. ord.: « Nei primor« di del suo Oratorio, una Domenica a sera D. Bosco « predicava e faceva il catechismo a' suoi giovani « nella Cappella, ed un male intenzionato dal di fuo« ri della finestra gli sparò un colpo di fucile. La « palla gli forò la veste sotto il braccio ed andò a con« ficcarsi nel muro. D. Bosco non perdette la sua « tranquillità d'animo, e disse: — Che cattivo musi« co! ha sbagliato la battuta: — ed osservando la sua « veste talare bucata, disse sorridendo: — Povera « mia sottana; mi rincresce per te, che sei l'unica « mia risorsa; — e continuò imperturbato la sua i« struzione ai giovani (3).

156. — Accedit libertas et sinceritas, apostoli propria, qua ipsos potentes locutus est. Plura huiusmodi libertatis et sinceritatis documenta Summarium praebet; sat erit responsum adducere quod Florentiae italici gubernii ministro Ioannes dedit: « Sappia, Eccellenza, che D. Bosco è prete all'alta« re, prete al Confessionale, prete in mezzo ai suoi « giovani. E come è prete in Torino, è prete in Fi« renze, prete nella casa del povero, prete nel palaz« zo del re e dei ministri » (4). Ex his paucis quae attulimus, potius muneris nostri gratia quam Causae opportunitate, concludere iam licet fortitudinis laude nullam fuisse Ven. Ioanni Bosco propriorem.

(1) Summ. pag. 802 § 91, 92.
(2) Summ. pag. 821 § 137.
(3) Summ. pag. 803 § 73.
(4) Summ. pag. 792 § 42.

## De heroica temperantia.

157. — Temperantiae quoque virtus, cuius officium est affectus dominari et cupiditates compescere et sedare, in Ven. Dei Famulo effulsit; namque adeo cohibuit appetitum sensitivum et passiones animi moderatus est ut in carne praeter carnem vivere videretur. Laudant quidem testes singularem Ven. Ioannis Bosco lenitatem et mansuetudinem et clementiam, de quibus ut quid dicamus opus non est post ea quae in superioribus titulis advertimus. Iracundia aliena fuit semper ab animo Ioannis qui, Divum Salesium imitatus, mitis ac mansuetus apparuit, etiam in obiectando: « Non lo si vedeva inquie« to mai — ita Testis Dalmazzo — anche quando do« veva muovere rimprovero a chicchessia, e più tar« di, quando ebbe sacerdoti e chierici in suo aiuto, la « sua continua raccomandazione si era questa: di « guadagnare tutti con carità, guai che alcuno si mo« strasse duro coi giovanetti e colle persone dipen« denti ». (1).

158. — Laudant testes miram Ven. Ioannis abstinentiam et sobrietatem, de quibus ut quid dicamus postulat tituli, de quo in praesenti agimus, natura. Quam ad rem Summarii tabulas faveas legere, ubi quotidiana ientaculum, prandium et coenam Ven. Dei Famuli testes describunt: « Nei primi anni del « suo sacerdozio — ita Testis Berto in proc. ord. — « egli al mattino invece del caffè, si contentava d'un « frustolo di pane e ben sovente si asteneva anche da « questo. Più tardi, a motivo della sua cagionevole « sanità e fatiche, fu consigliato di prendere un po' « di caffè nero, quale egli mescolava con cicoria e « latte bagnandovi un pezzettino di pane di rado. Nei « primi anni che aprì l'Oratorio, per parecchi anni, « essendo solo a tavola, il suo pranzo e cena consi« stevano in una sola pietanza ed una minestra, che

(1) Summ. pag. 851 § 69.



« la sua madre gli preparava, quale gli faceva per « più giorni. Non lo vidi mai mangiare fuori pasto, « e neppure beveva ad eccezione di un caso straordi« nario, per pura cortesia » (1). « La sua mensa fu « sempre frugalissima per non dire meschina — confirmat E.mus Cagliero in proc. ord. — ed era « sua risoluzione presa di non dir mai: — Questo mi « piace, quello mi dispiace! — e frenò il suo senso « del gusto al punto da perderne quasi lo stimolo » (2). « Molte volte — prosequitur idem Testis — vidi il « Servo di Dio mettere acqua nella minestra, con la « scusa che la doveva raffreddare, perchè troppo « calda. Confessava ai sabbati fino alle dieci, ed an« che alle undici di notte; ed entrato in refettorio « trovava la minestra che lo aspettava fino dalle otto, « quindi o era troppo salata, o tiepida, o poltiglia. « Con tutto questo, sempre contento ed ilare, parla« va con chi lo assisteva di cose affatto estranee alla « cena » (3). Carne, praeter quam extremis annis medici iussu, plerumque sibi temperavit; exquisitos cibos semper fugit, insuaves praetulit: « come pa« tate, fagiuoli, zucche, polenta, rape ecc. purchè « ben cotti, quantunque insipidi, sotto pretesto che « erano più confacenti al suo stomaco » (4). Liquoribus abstinuit, abhorruit (5), parum vini, et nonnisi aqua infuscatum, bibebat, quam ad rem iocose dicere solebat: « — Ho rinunciato al mondo, alla carne, al « demonio, ma non alle pompe—; intendendo con « queste parole — monet Testis Berto — alle trombe « con cui si solleva l'acqua dai pozzi » (6). Invitationes quidem ad prandia saepe accipiebat, sed modo ut quid subsidii quaereret Oratorio, complures enim huiusmodi conditionem suis largitionibus statuerant. Tantum vero aberat ut gustus voluptatibus indulgeret, ut e contra hospitum mensam in temperantiae

(1) Summ. pag. 848 § 54.
(2) Summ. pag. 856 § 86.
(3) Summ. pag. 857 § 88.
(4) Summ. pag. 848. 849 § 55, 56.
(5) Summ. pag. 831 § 4.
(6) Summ. pag. 849 § 59.

cathedram, suae abstinentiae et sobrietatis spectaculo, converteret (1).

159. — Abstinentiae et sobrietatis virtutem tanti fecit Ven. Dei Famulus, ut in Societatis Salesianae Constitutionibus temperantiam cibi et vini immoderatis privationibus substituerit, eiusdemque virtutis suis fuerit auctor. Et quidem mensa quae in Oratorio apparabatur frugalissima erat; adeo ut nullum laborem feramus ut fidem adiungamus Testi Dalmazo asserenti ab externis Ven. Dei Famuli invitationes vitari. « So anzi — ita Testis — di parecchi « ecclesiastici e parroci che evitavano l'invito, e venivano appositamente dopo il pranzo per non essere obbligati alla penitenza fuori dei tempi prescritti » (2). Quae mira frugalitas amplissimum habuit elogium per Iosephum Sarto, qui, cum Ven. Dei Famulum visitasset « portò sopra ogni ricordo « la povertà della mensa di D. Bosco che ricordò ad « alcuni nostri superiori — ait Testis Amadei — anche dopo che fu eletto Sommo Pontefice » (3).

160. — Lubet quoque advertere Ven. Dei Famulum sensus omnimodis coercuisse, brevissimi fuisse somni, habitu nicotinae pulveris naribus trahendae vacasse, frigoris et caloris patientissimum multa vitae incommoda sine querela tulisse, omnibus commoditatibus, omnibus utut ingenuis solaciis sese privasse, quidquid vitasse quod a sanctissimo vitae suae scopo ipsum distraheret (4). Lubet, ceteris omissis, memorare saxa in eius lecto quondam fuisse inventa, quibus suum corpus cruciaret (5). Suis tamen flagella non commendabat, sed ut diligentes et operosi essent: « Figlioli miei, non vi raccomando penitenze e discipline, ma lavoro, lavoro » (6); utque operositati temperantiam adiungerent: « Lavoro e

(1) Summ. pag. 835 § 14-15.
(2) Summ. pag. 853 § 76.
(3) Summ. pag. 845 § 45.
(4) Summ. pag. 832 § 6; pag. 841 § 33; pag. 845 § 45; pag. 849 § 61; pag. 853 § 78, 79.
(5) Summ. pag. 858 § 93.
(6) Summ. pag. 858 § 94.



« temperanza: questo è il ricordo e la raccomandazione che io lascio ai miei figli. Il Signore ci benedirà e le nostre Case prospereranno finchè noi ameremo il lavoro e la temperanza; se col tempo « potesse entrare in esse l'ozio e l'abbondanza dei « cibi e nelle bevande, io prego Iddio a piuttosto volerle colpire e distruggere fin da questo momento. « Tutti gli ordini Religiosi hanno sempre fiorito finchè regnò in essi il lavoro e la temperanza, e il Signore cessò di benedirli allorchè ne decadettero » (1).

### De heroica castitate.

161. — Si de castitate inquiramus, qua homines ad angelicam naturam accedere videntur, eam ita excoluit Ven. Dei Famulus ut nemo unus ausus sit eius verecundiam maledico carpere dente (2). Iam in superioribus capitibus testes audivimus autumantes Ioannem a baptismate ad sepulcrum innocentiam servasse; quod planum erit si studium, quo ille castimoniam custodivit, adverterimus. Quae virtus, cuius ab ineunte usque aetate praeclara dedit indicia, ex ore, oculis, incessu ac toto habitu in Ioanne emicabat: « Il Servo di Dio — ita Testis Reviglio — « era di una castità angelica. Le sue parole, i suoi « portamenti, i suoi tratti, ed in complesso ogni sua « azione, spiravano un tale candore ed un alito verginale da rapire ed edificare qualunque persona « che si avvicinasse a lui, fosse pure un traviato » (3). Et Servus Dei Leonardus Murialdo: « Il Servo di « Dio aveva un contegno serio e grave in tutta la sua « persona che rivelava quanto egli amasse la vir-

(1) Summ. pag. 845 § 46.
(2) Summ. pag. 874 § 38; pag. 888 § 86.
(3) Summ. pag. 886 § 76.
(4) Summ. pag. 888 § 86.

« tù della castità » (1). Ne intaminatae animae candorem obumbraret, assidua diligentia vigilavit. Feminis nunquam familiariter usus est et ratio qua habebat « anche le più generose benefattrici dell'O- « ratorio dimostrava — notat Testis Reviglio — « che trattava colle medesime per pura necessità, e « per lo più non le fissava in volto, e non diceva che « il necessario » (2). Iuvenes autem nonnisi purissimo amore prosecutus est, omni sensibilis affectus vel umbra amota, summa erga ipsos affabilitate et summa austeritate se gerens (3).

162. — Inter facta quae Ven. Dei Famuli pudicitiae virtutem arguunt, testes afferunt rationem qua se habuit in extremo morbo, nam « non permetteva « la più piccola libertà nè a sè stesso, nè agli altri, « e dovendo qualche volta mutargli la biancheria e « trasportarlo in altro letto, si vedeva chiaramente « tutta la sua oculatezza, perchè le cose si facessero « col più gran riserbo e con tutta modestia. Non la- « sciava neppure le braccia scoperte, e non permise « mai gli fossero prestati servigi troppo delicati e « confidenziali » (4). « Gli stessi Dottori curanti, i « signori Fissore, Vigna e Albertotti, per riverenza « e riguardo alle virtù del Servo di Dio ricusarono « imbalsamarlo, come avrebbero voluto alcuni estra- « nei alla Casa, dicendo: — Il corpo di D. Bosco non « si deve toccare, ma si deve rispettare: è il corpo di « un Santo! » (5).

163. — Adeo ipse fervens et studiosus castitatis cultor, totis contendebat viribus ut alii quoque illam diligerent et custodirent: « A' suoi sacerdoti ed al- « lievi inculcava grandemente l'amore alla castità, « sia nelle prediche sia nei famigliari discorsi, sia « specialmente nelle confessioni, facendo vedere la « bellezza di questa virtù, e quanto sia gradita al Si- « gnore, cogli esempi dei Santi che in modo partico-

(1) Summ. pag. 888 § 86.
(2) Summ. pag. 887 § 82.
(3) Summ. pag. 875, 876 § 43.
(4) Summ. pag. 888 § 85.
(5) Summ. pag. 890 § 92.



